



IN EVANGELIVM LVCAE ANNOTATIONES D.
ERASMI ROTERODAMI.



Voniamquidem.) Solus Lucas & præfatur operi suo, & nominatim dicit libros suos. Is tametsi cæteris purior est ac dilucidior in eloquēdo, ob græcarum peritiam literarum, tamen multum & ipse admisceret ex idioma te sermonis hebræi. Cæterum quod hic uertit ἐπίθημα, quoniamquidem, haud scio num apud emendate loquentes reperiatur quoniamquidem. Ego maluissem quoniam, aut postquam, aut quandoquidem; quanquam haud omnino male uertit, ἐπειχειροτητα conati sūt, ut intelligam illos uoluisse magis ἢ prestitisse, & tentasse rem uerius ἢ effecisse. Nec enim Matthæi tantum id temporis extabat Euangelium aut Marci, sed multa ferebantur, Euangelia Nazareorum, Thomæ, Matthia, Nicodemii, atq; item aliorū, quæ deinde uelut apocrypha reiecit ecclesia, porro ἐπίθημα proprie est aliquid in manus sumere & aggredi.

Ordinare narrationem.) ἀνατάξασαι, quod ego uertissem digerere, siquidem id est in ordinem disponere, quod cæteri carptim aut nullo ordine prodidissent quædam, quin & Matthæus ipse, quanç; cæteris est plenior, & ab ipsa Christi nativitate exordit historicō more, tamen totam fere puericiam & adolescentiam Christi prætermisit.

Quæ in nobis completae sunt rerum.) Quæso quis ex hac interpretatione percipere queat, quid senserit Euangeliſta. Nec enim simpliciter accipiendū est accidisse, quæ narraturus est, sed certissima fide comperta esse, & argumentis indubitatis persuasa. Id enim sonat græcis ἀπληφορημάτων. Nam opinor Lucam ea scribere, quorum plerisque non ipse quidem interfuerit, sed quæ certissima fide didicerit ab his, qui non solum testes a spe/ctatores fuerant earum quæ cōmemorabant, uerum etiam pars aliqua rerum gestarū. Ad eūdem modum, & Vergilianus Aeneas historiam excidij Troianī narraturus sibi fidem conciliat. Quæc ipse miserrima uidi, & quorū pars magna fui. Testes rei uocat τόπια, dictione composita ex αὐτῷ ipse, & ὡς uideo. Cæterum eos qui pars aliqua fui erunt rerum gestarum, uocat ὑπκέται, hoc est ministros. Subseruit enim qui adiuuat in re peragenda. Porro Græci πληφορημα uocant, quod nos uulgo dicimus certificationē. Et ἀπληφορηθαι dicitur, cui certa fit rei fides, ut iam nihil addubitet. Prouinde in epistola Pauli ad Romanos, capite quarto, ἀπληφορηθεῖ, interpres uertit, certissime sciens. Et rursum in eadē, capite decimoquarto. Vnusquisq; in suo sensu abundet, græce est, πληφορεῖσθαι, hoc est, Vnicuiq; sua mens satisfaciat, & in ea conquiescat. Vtitur eodē uerbo Paulus in alijs complusculis locis, atq; adeo Lucas ipse in actis apostolorum, id quod indica bimus suo loco. Quin & Origenes, siue quis alius is fuit. Nihil enim moror, cum cōstet ab hoīe eruditio sumptū, uertit ad hunc modū. Quæ in nobis manifestissime sunt ostēs, & subiicit idē, ἀπληφορημάτων, quod uno uerbo latin⁹ sermo nō explicat. Certa ēm̄ fide & ratione cognouerat. Quanç; ex his uerbis colligere licet, scriptorem hunc aut praphrasrem Origenis fuisse non interpretem, aut nō nihil addidisse de suo, quo res esset explanator. In eadem sententiam interpretatur Vulgarius græcus interpres qualiscūq;, sed non omnino pessimus. Indicat huiusmodi nō nihil & Ambrosius, licet obscurius. Sicut tradiderunt.) Vel hinc liquet Lucam audita scribere. Tradit enim id, quod naratione

ratio transducitur, ab alijs in alios nisi sic maluimus accipere sicut nobis tradiderūt absolute dici, ut ipse Lucas sit e numero eorum qui tradiderunt, quanq̄ id mea sententia coactus est. Nec uero proprie ad rem facit quod Valla cauillatur hic λόγου, potius uertendum fuisse uerbi, & sermonis, quo cōmodius possit ad Christum referri, siquidem λόγον hoc loco uocat ipsas res gestas quae narrantur. Etiam si alio detorquet Ambrosius, Assecuto omnia.) παρακολουθηκότι ἀνωθεμ πᾶσι μάκρι βῶς. Assecuto non est hic accipendum, quemadmodum utuntur latini, quibus assecutus omnia dicitur is, qui nulla in re frustratus sit, quod Græci uocat τυχεῖν sed παρακολουθεῖν est assecari & adesse, & subsequi potius ἀσsequi. Ut enim assidere dicitur literæ, qui nusq̄ discedit a litera, ita παρακολουθεῖν dicitur, qui quoquo uersum te conferas adest, & assecatur in diuiduu comes. Nec uero desunt qui sic interpretentur Lucam ab initio interfuisse omnibus. Sic enim uisus est sentire quisquis is fuit cuius extant in Lucam cōmentarij Adamati titulo. Verum huic interpretationi palam reclamant ea quæ præcedunt quæ quantumuis torqueas, obsecro num omnibus interfuit Lucas quæ narrat? Num etiam colloquio Mariæ cū angelis? Proinde res ipsa nos cogit, ut intelligamus Lucam nō interfuisse oībus quæ memorat, sed ordine omnia prosecutum, & rerum seriem ut gestæ sunt, ita narrandi ordine secutū esse, aut certe sic omnia cognouisse, ex his q̄ quæ uiderant narrabant, ut nihil p̄termiserit, quod ad historiæ seriem pertineret. Utitur enīt hoc uerbo Paulus quoq̄ in suis epistolis in eundem ferme sensum. Iam quod dixit ἀνωθεμ, aut intelligendū est ab initio & ordine ut intelligamus nihil p̄termissum, aut denuo ac de integro, ut quod alij uel carptim, uel parum certa fide narrarunt, ipse denuo plena certissimaq; fide iisdem de rebus texat historiam.

Optime Theophile.) Miror unde Lyra suspicatus sit Theophilum magnatem quæpiam, aut príncipem fuisse, quod Lucas optimi cognomen addiderit. Ita ne primates optimos uocare solemus, aut num illis peculiare est optimos esse? Verum id Lyranus in aliquo legerat glossemate, quod ut legere potuit, ita ob inscitiam græce linguae intelligere non potuit. Nam apud Græcos κράτος robur sonat, siue imperiū. Et κράτειν est uincere, siue compotem esse, unde Paulus in actis apostolorum Festum κράτειον uocat, quæ si dicas plurimum pollentem. Id quod attestantur & interpres, Origenes, Vulgarius, Ambrosius. Quanq̄ κράτειων non solum potentiores significat, ac superiorē, cui respondet κράτη. Verum etiam potiorem ac pluris faciendum, cui superlativi uice est κράτειον. Ceterum Theophilus sonat, amans dei, siue gratus deo, quod utrum proprium sit nō men, an Epitheton p̄ij lectoris, alij disputent. Ego proprium hominis uocabulū esse puto. Ut cognoscas.) ήνα επιγνῶς. Annotat hoc & Vulgarius nō dictum esse ήνα γνῶς, i. cognoscas sed επιγνῶς agnoscas. Cognoscimus enim, quæ discimus antea nobis incognita. Agnoscimus quæ prius utcumq; nouimus, uelut faciem ante annos aliquot uisam agnoscimus. Indicat hāc elegantiam duorum uerborum, & diuus Hieronymus cū alias tum in apologijs aduersus Ruffinum.

De quibus eruditus es.) περὶ ὧν κατηχήθησθε, Olim qui baptismatis essent candidati trædebantur fidei Christianæ mysteria, sed uiua uoce, sine scripto, quemadmodum priscis illis theologijs mos erat Aegyptijs, & apud Gallos Druyadibus. Id erat initiari mysterijs, quod Paulus & Lucas uocant κατηχεῖν. Nec enim memini me hāc uocem apud ullum alium scriptorem legere, præterē apud Lucam hoc loco, & apud eundem semel, atq; iterum in actis apostolorum, atq; item apud Paulum apostolum locis complusculis, κατηχεῖν est uoce sonare. Inde κατηχεῖν uoce erudire, quæ scripto nolis cōmittere. Vnde qui docebantur ad eum modum catechumini uocabantur, qui docebant catechistæ, quos Dionysius susceptores nominat, uulgo compatres dicuntur. Sensus igitur hic est, ut ea quæ olim catechuminus uiua uoce didicisti, nunc plenius ac certius scripto cognoscas. Opponit enim hāc inter se ceu pugnantia γέλας & κατηχεῖς. Quanq̄ in

dd 3 actis

Κατηχεῖν = uoce erudi-

Catechumini.
Catechistæ, patres.

ANNOTATIONES

actis semel usus est hoc uerbo, κατηχεῖν pro auditum est simpliciter.

Eruditus es ueritatem.) Græcis est, non ἀλιθεῖαι, sed ἀσφάλειαι, i.e. certitudinem. Nā ueritas & fides constabat etiam ijs iam quæ in catechismo didicerat. Ceterum δοξαλές dicitur, quod certum est actutum, & in quo nullum sit lapsus aut erroris periculum. Hinc em græca uox dicta est ἀσφάλειαι, labor, & A particula priuatiua, certius em scim⁹, quæ scripto & ordine cognoscimus, maxime si prius eadem ab alijs audierim⁹, aut etiam ab ijsdem eadem. Quandoquidem ipsa narrationis constantia, cum primis fidē arrogat rebus, lam hæc plæracq; typis fuerant excusa, cum pro opis instituti ratione, ueterū Theologorū cōmentarios excutientē & undecūq; uenante, quod ad prælens faceret negocium. Beatus ille meus Rhenanus Stlestadiensis, cui iuge studiū est, in morem apiculae p om̄e politiorum scriptorū genus circuolitandi, & undecūq; quod ad instaurandas bonas litteras cōducit, excepēdi, nec id sane minore iudicio q̄ sedulitate, cōmodū submonuit, hanc Lucæ prefationē, & apud Guilhelmū Budeum Parisiensem extare, latinitate donatam. Gaudebam profecto quod tantum meæ sententiae nactus essem astipulatorem. Sed rursus dolebam quod pene sero. Etenim cū amico tam docto libēter lenti⁹, & tanta est hominis in literis autoritas, ut si quid ille dissentiret, nō dubitarē calculū, quod aiunt, reducere, & recantato suffragio nostro in eius sententia pedibus discedere. Quid enim eo uiro in perquirendo diligentius, quid in iudicando acris, aut exactius, quid in tradendo plenius aut uberiorius, quid in pronunciando incorruptius? Deniq; quid in explicando castius aut politius? Ut p̄sum alteq; in hisce Cisalpinis regionibus pferre non possumus, qui cunctas eruditī uiri dotes, ac numeros omnes tam absolute præstiterit. Quāc; idem subinde maior seipso nobis prodit, ipse sui uictor, quod quidē uictoriae genitus Plato putat omnīū ēē pulcherrimū. Etenim cū in placitis philosophorū, in q̄bus uerendis primū ingenij sui specimen aedidit, omnes a tergo reliquerit, mox in annotationib; quas scripsit in Pandectas Iuris Civilis, dictu mirum quanto interuallo seipsum superarit. Ac rursus in libro de aſſe & partibus eius, deum immortalē, quantum addidit, tum eruditionis, tum iudicij, tum eloquentiae, uir nimirum dignus, q nō unius hominis ætatem duret bonis literis, quæ illi ob id quoq; magis debet, quod gratis ab illo colitur. Quid gratis dico? Imo magno rei familiaris dispendio, nec id sane crita tædiū odio se iugiterq; reclamantiū & obſtrepentiū, affinium, & collegari, qui literas nullas, uel alſis faciū, nifi unde nō nihil accrescat arcæ nūmaria. Alijs sane literæ, & rem & famam ac nobilitatem pepererunt. Hic honestissimo loco natus, tum in re præclara, ad hæc insigne munere regio cohonestatus domesticum splendorem uniuersum iuuandis & ornādis literis impendit. Habet nimirū eā uim insignis eruditio, ut immortalē famā conciliet, nō solū suis autoribus, q̄tūlibet obscuris, uerūtiā potentissimis regibus. Quis enim est regū omniū, illustrior Homero, si uerū narrant Græci, etiā mendico? Cui principum sua bella, triumphi, columnæ, tituli. Pyramides, imagines, ceræ, monumēta, tantū apud uniuersos mortales pepere nominis, quantū homini obscurissimo sua literæ. Deinde, quot eximios duces, quot optimates ac reges immortalitatē cōsecrauit, quoq; ne noia qđe tenerem⁹, nifi ille fidelius suis insculpsisset librī, q̄ uulg⁹ insculpit saxis aut æri. Atq; haud scio an ulla uia præstātor ad immortalitatē emergēdi. Siquidē gloria quæ paraē opib⁹ ac bellis, nō disputabo in præsentia, cuiusmodi sit, uera ne an falsa, certe paucis hominibus plurimorū paraē malo. Hæc eos quoq; nobilitat, quos carpit ac damnat. Talē olim habuit Italia Ciceronē ac Vergiliū, nup Theodoř gažā ac Politianū. Quoq; utriq; plurimis noībus debent bona literæ, Imo totus debet orbis, illorū ingenij nō mediocriter adiutus. Verū istis fortasse cū literis ex æquo cōstat ratio, ut oībus collatis paginis cōperiat illos ob re simul ac famā additā, nō minus debere literis, q̄ illis debeant literæ, tot uigilia rū ac laborū noie. Ceterq; q suo uictu ciboq; quod aiunt, negocium agunt literarium, & priuatis cōmodis, p̄mouent rem omniū, nec ab illis fortunā uelut autoramētū accipiūt, sed suam

De Guillemo Budeo
parisiensi,

sed suā fortunā ultrō literis puehendis & illustrandis impēdūt, h̄s haud scio an ulla meritis par gratia rependi possit. Atq; utinā hæc mens esset oībus, ut de hac laude luberet certare cū Italīs, a qbus tot egregijs, puocamur exēplis, potius q̄ de ditione, nescio qua, quæ primū tanto Christiani languinis emis̄ impendio, deinde nō aestimādo destitutæ & exhaustæ patriæ malo, postremo incertū q̄diu duratura, ut sunt rerū humanarū plus q̄ aestuariae uices. Hic & qui uincit, & q̄ uincit, nullius incōmodo, sed omniū bono id facit. Neq; uero desunt ubiq; iam gentiū, q; ad hoc pulcherrimū certamē accingat, uerum mea sententia, nemini id cessit felicius, q̄ Budeo. Proinde cuiusmodi proceres superioras dedit Italīa Hermolaū Barbarū, & Picū Mirandulanū, eiusmodi præsens aetas dedisse uidet Galliæ Budeū, Germaniæ Bilibaldū Birchemerum Norembergicæ ciuitatis apd Germanos oīb; pene noīb; principis senatore. Quoꝝ uterq; nō solū domestica fortuna, ac maiorū suorū imaginibus, uerū etiā uitæ ac moꝝ integritate rem literariam illustrant, simul & cōmandant. Budeanā igit̄ translationē ex annotamētis illius quæ scripsit in Pandectas Iuris Cælarei, non grauabor hoc loco subiçere, quo maior sit fides apd lectorum nostræ castigationi, cum perspexerint utroq; nos non de cōposito, sed fortuito pene p̄ omnia cōsenſisse, nimirū idē lecotos filum, nempe rē ipsam. Quādoqdē, inquit, multi aggressi sunt enarrationē aſtruere, de rebus inter nos cōpertissimis, quæadmodū tradidere nobis, q; spectatores ip̄i fuerūt, tam inde ab initio, ministriq; ipsius uerbi, certum est, & mihi affectatori pridem omniū affiduo, deinceps tibi scribere optime Theophile, ut agnoscas eorū sermonū certitudinē, in qbus ip̄e institutus es. Ceterum quod Valla putat ἀνωδεψ nō sonare a principio, sed altius, uerū dixisset, si fuisset ἀνωτερο. Ceterum ἀνωδεψ significat a summo initio rei cuiuspiā, quæadmodū Christi uestis dicit ἀνωδεψ cōtexta, hoc est, a summo usq; ad imū, & uelum tēpli scissum, ἀνωδεψ, hoc est a summo. Proinde Lucas summū initiuū uocat, q; exorsus sit non a genealogia & nativitate Christi, sed ip̄i etiam Ioannis, ut qui præcursor fuerit euangelij, præcederet item in narratione. De uice Abia.) Ηλεφρημερίας. Græca uox euidentior est, indicans certos dies esse præscriptos, in qbus certe sacerdotū ordines administrarent. Nec est (uxori ei) dandi casu, sed ἀντο, i. illius, atq; ita legitur & in latinis codicibus emendatis.

Sine querela) Græcis unica dictio est, ἀμεμπτοι, quod sonat, quasi dicas eiusmodi, ut de his nemo queri possit, dicere poterat inculpati siue irrephēsibiles. Nā quod mutat. Valia innoxii siue insolentes. Mihi nō pindē pba. Maior em quædā laus, esse ἀμεμπτοι, q̄ eē innoxii. Porro quod uertit p̄cessissent &c. ποσθενότας, usitatus, puecta, ætatis dicim⁹. Cū sacerdotio fungeref Zacharias.) Græcis p̄ zacharias est ἀπότομ, qđ tamē nihil refert ad sensum. Et (in ordine uicis) rursū est ἐφημερίας. Ceterq; quod sequit̄ secūdū cōsuetudinē sacerdotij, nō est Græcis ἐρωσώνη, sed ἑράτια nomē ab eo uerbo, quod modo melius uerterat, sacerdotio fungeret. Potuit igit̄ & hic trāſferre iuxta cōsuetudinē functionis sacerdotalis. Sorte exi⁹.) Græcis est ἀλαχεψ, i. sortitus est, quod interps, n̄ fallor, uolens dilucidius reddere προφέται uerterat, Sors exi⁹, quod sortib; missis in urnā, sors illi⁹, aut illius exisse diceref. Alioq; Zacharias ingressus est, nō exi⁹. Id aliq; deprauauit, in sorte exi⁹, pindē nos uertimus, sorte illi⁹ obuenit. Ut incēsum poneret.) Φαυμιάσαι, i. ut adoleret thymiamata, siue odores incēderet. Nā incensū nō pba Laurentio, φ ea uox non poia respōdeat huic rei, Latini suffitū uocat. Quāq; mox quoq; hora incensi, uertit δυμάτως, & paulo post denuo a dextris altaris incensi. Apparuit aut̄) ὄφει, i. uisus est siue cōspectus est. Nā apparent & quæ nō sunt, quāq; nō rephendo qđ trāſtulit interps.

Vinū & cicera.) Sicera scribendū est p̄ s. nō p̄ c, nec em̄ a cicere diciē leguminis genere, uerū uox est hebraica, quæ p̄ Syn apud illos scribit̄, a uerbo בְּשׁ quod sonat inebria ri. Vnde apud illos oīs potus facticius, q; possit inebriare, sicera dicit̄. Porro uini facticij usum fuisse apud Aegyptios, testis est Diodorus Siculus, quod sua lingua uocaret zu-thum, id quod oīm Galli cerasiā uocabant, Hispani celium, teste Plinio.

dd 4 Adhuc ex

Profatio Luce ex Giul,
Budeo,

ANNOTATIONES

Adhuc ex utero.) ἐτι οὐκοῦνας Verba quidem annumerauit bona fide. Cæterum prius ac latius extulisset, iam inde ab utero matris. sic enim significamus longe repetitum initium.

Et uirtute Heliæ.) θωράκιον, ut intelligas uim miraculorum, non solum probitate, ut crebro iam admonuimus. Hoc autem conuenit cum uaticinio Malachia, qui prædictis Hebreis uenturū, priusq; ueniret dies domini magnus, ut indicauimus in Matthæo. At ne Lucas quidem aut angelus, cuius uerba refert, citat ad uerbum Malachia testimoniū sic em̄ legimus iuxta ueritatē hebraicā. וְהַשִּׁיב לְבֵב אֲבוֹתֶךָ עַל בְּנֵיכֶם וְלְבַבְנִים עַל אֲבוֹתֵיכֶם Et cōuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorū, pro quo legūt Septuaginta, Qui cōuertit cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum.

Et incredulos ad prudentiam iustorum.) Incredulus græce est κωδεις, quod aliquoties uerit inobedientes, & hic fortasse magis quadrabat, cum mērio facta sit patrum & filiorum. Nam incredibiles pro incredulos, quod legisse uidetur Valla, quandoquidem notat, ego nulq; adhuc scriptum offendit.

Parare domino.) Recte taxat interpretem Laurentius, quod siue oscitans siue uaritatem affectans, alterum infinitum uerterit, in modum finitum, alterq; ut est reliquerit, ut conuertat corda patrum & parare domino. Cum eadem opera dicere potuerit, ut cōuertat & paret. Quod tamen ita crebro facit, ut studio fecisse uideat. Quod si uerū est, miror cur affectarit, quod erat fugiendum. Itidem in psalmis, Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere paupere dum attrahit eum. Cum utrobiq; sit ἀρπασμός. Et aliquanto post, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti, cum græce sit ποιησαί & μνησθεῖν. Ac rursum, Illuminare his, qui in tenebris & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes, cum sit ἐπιφανεῖαι & καθευδλῶαι, utrūq; uerbum infinitiuum.

Plæbem perfectam.) κατασκολασμόν, i. quod magis sonat instructum & adornatum siue apparatum. Quod tardaret ipse in templo.) ἦ τῷ ζεύς ωντερο, ipse nō erat hoc loco reddendum, si uoluisset latine loqui, quod tamen alias in consimili sermonis genere non semel ausus est omittere.

Et permanxit mutus.) Mirum cur Laurentium offendat mutus, quasi κωφός tantum si gñificet surdum, unde igitur puerium illud κωφὸν πρόσωπον, i. muta persona. Is qui colligit græcarum uocum etymologias, citatis autoribus docet κωφόν dici græcis, non solū qui surdus sit, uerum etiam qui mutus, quem διλαλοῦ uocant, necq; quicq; interesse, nisi φέλαλθο dicatur, qui farī non possit, uelut infantes. κωφός, cui nulla sit omnino uox.

Dies officij.) λήτουργίας, i. ministerij, quod tamē plærūq; de sacris ministerijs accipit.

Et nomen uirginis Maria.) μαρία uoce & accentu hebræo, quanquam ostendimus id non obseruari perpetuo, siue id accidit incuria librariorum, siue quod nihil interstis.

Aue gratia plena) χαῖρε κεχαριτωμένη, idem uerbū. χαῖρε apud Græcos tria significat, Gaudere, saluere, & ualere. Vnde nihil referebat, salue uertisset an ave. Nec ē gratia plena, sed ut ad uerbum reddam gratificata, quo tamen particípio Homerus ulus est prouincie dilecto, οὐ καριτωμένη θυμῷ, i. meo dilecte animo. Est autem uox uelut amorem alicuius erga uirginem nunciantis, quod sonet amatorium quiddā. Vnde & turbata uirgo cogitabat, qualis esset ea salutatio.

Benedicta tu.) οὐλογικόλη, quod sonat laudatam siue præclara fama, de qua omnes bene loquantur, quod & ipsum amatorium quiddam prima fronte sonat, ac nuptiale, quo magis turbata est uirgo, nondum edocta de cœlesti mysterio. Et (In mulieribus.) οὐ γυναιξιψ, i. inter mulieres, quod ipse paulopost ad eum transtulit modum, & ita legit diuus Ambrosius. Quantq; haud sum nescius in pro inter usurpari, nonnunq; apud Latinos quoq;.

Quod cum audisset.) Græci secus habent, ἡ δὲ οὐσία. i. At illa cum uidisset, ita scriptū fuisse in nonnullis uetustis codicibus attestatur Valla. Et ne quis perget cauillari, sic legit diuus

datus Ambrosius. Quanque apud hunc non est turbata in sermone, sed in introitu. Legit enim ad hunc modum. Ipsa autem ut uidit eum, mota est in introitu eius. Et ne quis causetur casu mutatam scripturam subiicit, interpretans quid legerit. Trepidare virginum est & ad omnes uiri ingressus pauere, omnes uiri affatus uereri, nisi forte hic Ambrosius, non nihil immutauit de suo. Ceterum quod Laurentius subindicat hoc loco nescio quid argutulum. Nolo inquiens disputare nunc quare sit melius, quae cum uidisset, quod quae cum audisset, ne de fide scripturæ dubitare uidear, quid sibi uelit, ut ingenue dicam, non satis intelligo. Nam ipse puto Euangelista sic esse locutum, ut ostenderet virginem duplice nomine turbatam fuisse. Primum, quod uideret iuuenem ad se ingredientem, deinde, quod audiret salutationem amatoriam, & nescio quid procorum præferentem.

Qualis eslet.) Rursus & hic, ποταπός, quod in Marco Laurentius transferre uolebat per quantus, & aptius erat reperi*st*i, siue nactus es gratiam quod inuenisti. Nam apud Grecos πυρεῖον polylemon est. Vnde qui hic philosophantur, non inueniri, nisi quod pertinet, argute magis quod apposite differunt.

Et filius altissimi.) υψώματος. idem uerbum, quod alias uertit in excelsis, ψιφίσον (David patris eius.) Latinus erat patris sui, atque ita legitur in nonnullis exemplaribus. Et pro (in æternum) est, εἰς τὸν καιῶνα. i. in secula. Nam quod πῶς ἔσαι. i. quomodo erit, uertit quomodo fiet, nihil peccauit interpres.

Quod nascitur ex te.) ηγένωμον. i. quod natum fuerit. Ceterum illa duo uerba, ex te, nec in ulla Græcorum exemplaribus addita reperi*st*i, ne apud Vulgarium quidem nec in antiquis codicibus latinis. Proinde miror, unde in hanc primam æditionem inuaserint. Est autem absolutior sermo, si non addantur.

In montana.) εἰς ὄρεα. i. in montanam, ut subaudias regionem. Eadem uox est aliquando inferius. Et factus est timor super omnia montana Iudeæ, οὐδὲ τὴν ὄρεαν.

Salutationem Mariæ.) Hic certe Mariam pronunciauit inflexione græca, non hebraicō more. Exultauit) εσκίρτησε. i. saliit, siue subsultauit, idem est, paulo post exultauit in gaudio, nec est, ψ χαρά, sed ψ χαράδισσα, quod gesticationē magis sonat latantis quod ipsum gaudiū. Vnde εγαλλιασθεία uertit exultem. Et mox (Exultauit spiritus meus) ηγαλλίασθη.

Quæ dicta sunt ei a domino.) Καὶ κύριον, quod ita sonat, non quasi dominus dixerit, sed quod nomine domini & illius, ut nos loquimur, uerbis hæc illi dicta fuerint, quæadmodum dicimus, dic illi ex me salutem.

Magnificat anima mea.) μεγαλύνει, aptius erat magnificat, quod magnificat, quāque magnificat positum est pro extollit & effert laudib⁹.

Salutari meo.) σωτῆρί μου. i. saluatori meo, siue ut Latinus loqui malunt, seruatori meo.

Humilitatem ancillæ.) ταπείνωση, ut intelligas paruitatem, non animi uirtutem, quam suo uocabulo Græci uocant ταπείνωσιν. Nec est, respexit humilitatem, sed aspexit ad humilitatem, επίτελεμεπίτελον, ut sit contrarium ei, quod est auersari. Sitque sensus, & si sim infima ancilla, tamen non est auersatus me. Ex hoc απὸ τοῦ νῦν. i. post hac, siue ad uerbum, ex hoc nunc, quod tamen aliquoties non dubitat ita uertere.

Beatam me dicent.) μακαριοῦσι. i. beatificabunt, quod tamē apud Græcos significat felicem iudicare, sicut & magnificare laudibus tollere. Quemadmodū & εὐδαιμονίᾳ, pro fortunatum dicere, siue felicem iudicare.

Magna qui potens est.) μεγαλύτερος, quod alias uertit magnalia, & qui potens est, δύων. i. ille potens, siue ille qui potest.

A progenie in progeniem.) εἰς γενεὰν τοῦ γενεῶν. i. in generationē & generationē. Laurentius legit in suis exemplaribus, εἰς γενεὰς γενεῶν, i. in generationes generationum. Et ipse in uno duntaxat ita scriptum reperi*st*i, ostendit idem in nostris quoque exemplaribus, uariam fuisse scripturam.

Fecit potentiam.) κράτος, robur siue imperium. Nam utrūque significat κράτος. Et in brachio, pro

chio, pro eo quod est p brachiū. Hebraorū more dixit.

Cordis īui.) καρδίας αὐτῶν. Græca uox indicat sui non esse referendū ad deū, sed ad superbos, nec est mente proprie, sed p ratiōne cogitatione, ut intelligas superbos suis ipsorum consilijs dispergi.

Deposuit potentes.) καθάλεψιν διωκάσαι. i. detraxit primores, siue magistratus. Nam δυάσαι proprie, qui potest fūgitur publica in ciuitate, uelut hi, qui sunt in imperio, Neq; est de sede, sed ἀπόθεσον ωμ. i. a sedibus.

Dimisit.) Non est hic permisit, sed emisit a se, οὐταπέσσεται, ueluti frustratos. Cæterū participia græca cōmodius uertisset per uerba. Eos qui esuriebant implebat bonis, & eos qui diuites erant emisit inanes siue uacuos.

Suscepit Israel.) διτελάσεται, quod proprie est succurrentis, ac manum porrigitis.

Memorare.) μνηθῆσαι. i. ut memor esset. Primū abusus est modo uerbi interpres. De inde haud scio an usq; legatur, memorari pro recordari. At chorus ecclesiasticus hodie canit, Recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est.) ἐλάληση, quoniam uerbum est præteriti tēporis, sed indefiniti, rei etiū hic uertisset. Sicut locutus fuerat. Est enim gemini præteriti temporis significatio.

Abraham & semini.) Abraam tametsi est indeclinabile, tamen articulus appositus in dicat esse datiuī casus, τοῦ ἀσπασμοῦ, hoc est ipsi Abraham. Ceterum quod Laurentius disputat, dicendum potius, apud patres nostros, q; ad patres nostros, somniū est, imo quoniam utroq; modo loquuntur Græci, Loquor tibi, & loquor ad te, uariauit sermonis colore.

In facula.) εἰς τὸ περιώδεια. i. In æuum. Quasi mensibus.) ὁμοι. i. fere siue circiter.

Quem uellet uocari.) τί δηλεῖ νολέσθαι. i. quid uellet uocari, hoc est, quo nomine.

Et congratulabant.) συνέχεια ποποῦ. i. ut ad uerbum reddam, congaudebāt, quod latini ferre dicunt gratulari. Quancq; congaudere potest qui non gratuletur, cum illud sit animi, hoc uoce testantis gaudium.

Quia nemo est.) διτι, propterea hic erat omittendum, cum sermo latinus huiusmodi genus orationis respuat.

Et postulans pugillarē.) Quomodo scripsit in pugillaribus postulans, ut adferrentur. Proinde græcum participium præteriti temporis ita uertendum erat, & postulata tabella. Sentit enim tabellam ceratam, quā πινακίδα ποποῦ uocat, in his enim olim scribebatur.

Scripsit dicens. Si dixit quid opus erat scribere? Vnde dices hoc loco referendū est, non ad Zachariam loquētem, sed scripturam loquentem. Nam mox subditur apertam fuisse lingua illius & copiisse loqui.

Quis putas.) τίς ἄρα. i. quis nam. Nam τοῦ coniunctio est expletua, plæriq; codices habebant, τίς ἄρα. i. quid nam. Nam puer græcis neutri generis est παύδης.

Plæbis sua, τοῦ λαῶν τοῦ. i. populo suo. Consentientibus & uetus tis latinorum exemplaribus, in quibus est plæbi sua. Laurentius latinitatis obseruātissimus mauult populo q; plæbi, quod populus uniuersos ciuitatis ordines complectatur, plæbs infima ps sit.

Prophetarum eius.) Suorum erat dicendū latine, & qui a saeculo fuerūt potiū q; sunt.

Salutem ex inimicis.) σωτηρία ποποῦ, quod magis sonat saluationem. σωτήρ enim saluator, inde σωτηρία. Quāquam superius idē uerbū fuit, Erexit cornu salutis, & paulo post, Ad dandum scientiam salutis nobis.

Ad faciendam. &c. memorari) Vtrūq; Græcis est uerbū infinitum, ποποῦ ποποῦ. i. ut faceret & memor esset.

Daturum se.) δοῦναι δημητρί. i. dare nobis. Quanquam græca uerba non nihil aliud significat, q; nos accipimus. τοῦ δοῦναι δημητρί διφθωρά ἐν χειρῶν τῆς ἐχθρῶν καὶ δημητράς λατρεύειν καὶ τὰ. id est, ut daret nobis absq; metu de manibus inimicorum nostrorum liberatos seruire sibi.

Parare uias eius.) ἔτοιμασαι. i. ad parandum.

Ad dandum scientiam salutis.) Cum mox reliquerit infinitum. i. τοῦ ποποῦ, nūc uerit in gerundū.

gerundū ad dandū. Atq; hæc ad puerum quoq; quem alloquitur probe referri possunt. Praib; enim ante faciē dñi, ut pares uias illius, & des cognitionem salutis populo illius, in remissionem peccatorum. Ioannis enim prædicatio fecit, ut intelligerent instare salutem, idq; in remissione, hoc est per remissionem peccatorum. Neq; enim est in remissionem Græcis, sed ἐν ἑλλήσι. Non q; ipse Ioannes remiserit peccata, sed q; suo baptismo præparauerit illos ad pœnitentiā, alioqui remissionem peccatorum nō fuisse ex Ioanne palam arguit, quod mox sequitur per uiscera misericordia.

Oriens.) Non est hic participium, sed nomen substantiū ἀνατολής, quæ uox significat exortum solis aut regionem, unde oritur. Christū igit̄ ipsum solem uocat orientem.

Illuminare) ἐπιφάναι, i. illuce, siue illucesce, siue exorere, quāq; magis placet, ut sit infinitum uerbum, quod tamen in aliud modum erat uertendum. Visitauit nos oriens ex alto, ut illucesceret his qui in tenebris & umbra mortis sedebant, siue sedebamus, & dirigeret pedes nostros. Et confortabat. Ἐκραταιῶτο, hoc est, siebat robustus ac ualidus, nō corpore tantum, sicuti uulgs, sed spiritu. Nam ætas corpori robur ac uires paulatim adit, quod hic transtulit ad animū. Nec est simpliciter crescebat, sed ἔνεγκει id quod peculiare est plantis & animalibus. Cæterum hic accōmodatus dixisset, adolescentebat.

Ostensionis suæ ad Israel.) Ἔως οὐ μέρος ἀναθέψεως, διν τῷ πρόδος ἡμίουρα. Quorum uerborum hic sensus est, donec denuo proferretur & ostenderetur apud populū Israel, qualis esset. Nam interea ueluti latebat suo tempore proditus.

EX CAPITE SECUNDO.

EDICTUM.) Δόγμα. i. decretum, quod tamen recte mutauit interpres.

Cyrino.) κυριών. i. Cyrenio, nec est a præside, sed ἡγεμονεύοντες, i. præsidē agēte. Ut profiterentur.) ἀπογάφειν. Idem uerbum quod hactenus uertit describe retrum. Cæterum eadem res, cum agitur in re militari uocatur dare nomen, cū in restimandis facultatibus & exponendo numero capitum, appellatur census. Sic em VI, pianus, uitia priorum censuū, æditis nouis professionibus euaneſcunt. Proinde magistrus censet, populus profitetur. Et superius latinius uertiflet censeretur q; describeret. Et professio rectius q; descriptio. Declarat & Ambrosius hoc loco nihil aliud esse, p̄fessio/nem q; censem. Professio, inquiens, ista fidei, census animorū est. Porro quod dixit, unius uersus orbis, Ambrosius ad allegoriam trahere mauult, cum Augustus id temporis, nec Armenijs, nec Gottis imperarit, uerum ut historiæ quoq; sua cōstet fides, totus orbis aut accipiendus est p̄ synecdochen, ut intelligas maximam orbis partē, aut totum orbē Rhomanum. Ex hoc enim loco colligunt nōnulli ad imperatorem totius orbis imperiū pertinere, cum nec hoc agat Lucas, nec Augustus ipse totius orbis imperiū tenuerit. Quāq; ut non improbarim, si quis unus totius orbis imperio potiatur, modo is quantū præmineret autoritate, tantum & præstaret prudentia simul & integritate, ita stultissimum arbitror id somniare, quod nec fuerit unq;, & hoc ipsum quod fuit, iam olim e uita homini sublatum sit, crudelissimum autem huiusmodi factios titulos, tanto rerum omnium tumultu, tantaq; sanguinis iactura persequi.

In suam ciuitatem.) Hic licebat uertere, in sua ciuitate, hoc est in sua quīsq; ciuitate, nō si referas ad ibant.

In Iudeam ciuitatem) εἰς τὴν ιουδαϊκὴν πόλιν δαῦιδι in Iudeā, in ciuitatem Dauid. De est in præpositio, in ciuitatem. Prius enim posuit nomen regionis, deinde ciuitatis.

Et familia) κοιλητριῶς. Idem uerbum, quod in Paulinis epistolis uertit paternitas, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur.

Vxore prægnante) Ita uertit interpres, ut Joseph uideatur duxisse Mariam iam tunc prægnantem, cum græce sit δύνηται. i. quæ erat grauida siue quæ ferebat uterum.

Et pannis.) καταργάνωση, ad uerbum sonat infasciauit, i. fascijs inuoluit, ne quis imaginetur laceros pannos.

Non erat

ANNOTATIONES

Non erat ei locus) eis est grāce ἀντοῖς, ut accipias de ambobus. Cæterū qui conuenie non fuisse locū in diuersorio, cum præsepe pars opinor fuerit diuersoriū, nīl quod alibi κατάλυμα uertit refectionem, & coenaculū. Non erat locus aptus parturienti quæ solitu dīnē regrit. Vigilates) ὁρα λοῦντε, i. in agris agētes. Nā hinc grācis est cōposita dīctio ἄγρος ager αὐλή stabulum. In septis enim noctū feruantur greges, ob incursum luporum Verum ea septa in agris sunt.

Et custodientes uigilias) φυλάσσοντες φυλάκας, id est custodiētes custodias, siue excubā tes excubias. Et claritas) η δόξα, i. gloria, quod aliquoties uertit maiestatem.

Stetit iuxta illos) ἐπέστιν ἀντοῖς magis significat angelum imminuisse ex alto supra illos, & astissime. Inuolutum pannis) ταπεσανωμένων participium est eius uerbi de quo paulo ante diximus. i. fascijs puerilibus inuolutū, ne rursum mendicorū pannos imaginemur. Nam ut parentibus Iesu tenuitatē ac paupertatem libenter tribuimus, ita fordes ac mendicitatem procul amouemus. Habet & paupertas suam mundiciem, nam quo minus in conclavi pepererit Maria, non paupertas obstitit, sed diuersantū turba, alioqui si Christo tantopere placuisset mendicitas, ut quidam putant, in ptochodochio nasci poterat.

Hoībus bona uolūtatis) καὶ ἐπὶ γῆς ἐφίνη ἡ ἀνθρώποις ἐνδοκία, i. & in terra pax, in hoībus bona uolūtatis ut intelligas triā distributa, ac singula singulis redditā, gloriam uni deo trahuit, idq; in altissimis, terrae pacem, hominib; bonam uoluntatem ἐνδοκία, quod alias uertit beneplacitum. Siquidem homines ueluti tertios ac medios inter cœlum & terrā ponit. Neq; uero sic accipiendum opinor, ut ipsis hominib; sit bona uolūtatis, sed ut intelligent hanc gloriam, hanc pacem, non ex hominū meritis exhibitatam mundo, sed dātaxat ex beneplacito dei, cui sic uisum fuit hominib; gratificari. Porro cum ita constanter habeatur in omnibus grācis exemplarib; , & ad eum modū exponat Vulgarius, mirū est nūc hāc lectionem, nec apud Hieronymū deprehendi, nec apud Ambrosiū.

Pastores loquebantur.) In plarīsq; grācis codicib; sic erat scriptum καὶ ἀνθρώποις ποιούμενος ἔργον, i. & homines illi pastores dicebant, ut homines opponantur angelis, iam uero illud (adiuicem) pro inter se rebrius occurrit & ut libeat admonere.

Transeamus usq;) Graci addunt coniunctionem expletuam διέλθω μου δι, quæ non nunq; urgens quiddam habet, ut hic emphasim habeat accelerantiū ac gestientiū abire.

Verbum hoc quod factum est.) Nihil obsto quo minus hic philosophetur, qui uolent de uerbo facto, modo sciat iuxta proprietatem hebrai sermonis uerbum dici, rem nouam quæ rumore diuulgetur, & ita esse deprehēdet, quisq; obseruare uoluerit. Nec est ostendit nobis) sed ἐγράψασθε, i. notificauit siue mavis notū fecit, aut indicauit, & aperuit. Quis enim alioqui dicitur ostendisse uerbum? Et inuenerunt Mariam) deest una coniunctio καὶ ἐπος τῷ τε μαριώμ. i. Mariāq; & Ioseph, quanq; hoc loco pene fuit ociosa prima coniunctio latinis. Et grācis aliquoties sic apponitur, ut uidetur magis ad uenustatē facere sermonis, & emphasim, quo sermonis genere uidemus delectatum Ennium.

Et cognoverūt de uerbo) οὐτε δὲ διεγνώσασθε, i. ubi uidissent notū fecerunt, siue diuisi garunt ut intelligas illos quod uiderant alijs qui non uiderant prædicasse. Est enim uerbum compositū a γράψει, quod modo uertit ostendit nobis. Astipulatur huic interpretationi Vulgarius. Maria uero) η δε μαριώμ. Expressius erat si uertisset ipsa uero Maria propter additum articulū ab alijs quo magis distinguatur qui hisce de rebus loquebantur ipsa tacentे. In omnibus) καὶ πᾶσι, i. super omnibus siue de omnibus,

Dies purificationis eius) Alter codex habebat ἀντοῖς, ut purificationē referas ad Christum, Alter ἀντοῖς, ut ad utrūq; ne quid hic frustra cauilletur aliquis de purificatione Matiae. Nā purificationē uocat eas ceremonias quibus olim & puerpera & foetus lustrabat.

Vt sisterent) παρασύσται τῷ κυρίῳ, i. ut exhiberent siue cōmendarent. Nam utrumq; si gnifcat grāca uox. Adaperiens uuluam) διανοίγον μάτρες Aperiens uterum, sic enim mauct Laurentius, homo supersticiose uerecundus, quasi uero uulua sit obscenum uocabulum.

tabulō, aut̄ quasi legis huius uerba de Maria proprie dicta sint. Et timoratus.) ινλαση
Id est pius siue religiosus. Et responsum acceperat.) hic responsum accipe oraculum,
νη ἀντὸν κεχριματισμένον, id est erat illi promisum oraculo.

Ante faciem omnium.) κατὰ πρόσωπον quod magis sonat in conspectu.

Et erat pater) In græcis codicibus lego, p pater Ioseph, quod arbitror imutatis a quo-
piam, qui uereretur Ioseph uocare patrem Iesu, cum postea ipsa Maria uocet illum pa-
trem Iesu. Parentes eius.) eius non additur apud græcos τῷ οὐσιαγάγιῳ τοὺς γονεῖς
παιδίον, id est cum inducerent parentes puerum Iesum.

Cui contradicetur.) ἀντιλεγόμενον, i. cui contradicuntur ut absolute accipiamus.

Et tuam ipsius animam.) καὶ σου δὲ αὐτῆς τῷ φυχὴν, i. & tuam aūt ipsius animam pertran-
sibit. Nec est ociosa coniunctio de significans mutari personam, & ueluti noui doloris
initium. Neq uero lubet hic referre uarias interpretationes, quas Lyranus & Carrensis
in hunc cōgerunt locum, quorum posterior etiā citat auctore Chrysostomū. Illud cōstat
ipsius non posse referri, nisi ad Mariam, cū sit αὐτὴ. Nec est quod hic prodigiosas inter-
pretationes cōminiscemur cū sensus sit expeditus, fore ut Christo reclametur, & hinc
nonnullam doloris portionem ad matrem reddituram. Cæterum theologos istos offen-
dit, tuum ipsius elegantius dicitur, q̄ pro illorū auribus, q̄q̄ uenustrius erat, penetrabit
q̄ pertransibit. Et hæc uidua usq) Κατη χήρα ὡς ἐτῷ δῆμοικορτα τελέσωμ, & hæc uidua
circiter annorum octoginta quatuor. Interpres legisse uidetur ἔως pro ὡσ.

Obsecrationibus) δέκατον, miror quare displicuerit interpreti p̄cibus aut orationibus,
cum obsecratio aliud quiddam significet, nempe quoties per rem sacram obtestamur,
quod Græci uocant ποτνιῶν. Hæc ipsa hora.) αὐτῇ ὥρᾳ clarius erat eadem hora.

Superueniens) ἐπισάσσα, i. assistens, quod aūt Valla monet, friuolum est, potest enim su-
peruenire, dum hæc fiunt, qua tamen in aliqua templi parte sit.

Confitebatur domino) αὐδομολογήτο, non est simpliciter confitebatur, sed confessio-
ne respondebat, ut referatur ad cōfessionem Symeonis & aliorū, quorū hæc cōfessioni
respondebat. Redemptionem Israel) Non est Israel in græcis, sed in Hierusalē Ἰουδαϊσμόν.
Vetusissimi codices habent Hierusalem absq̄ præpositione.

Et confortabatur.) Græci codices addunt spiritu τῷ πνεύματi.

Per omnes annos) κατεύθυντο, i. annue, siue in singulos annos siue quotannis.

In die solenni paschæ) τῇ εορτῇ τοῦ πάσχα, i. in festo paschæ. Quorsum enim pertinebat
periphysis & Ac paulo post (cū redirent) dilucidius erat, si addidisset illi, quod mox
cōsequitur, remansit puer Iesus, & græce est ἐψ τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς, hoc pronomē ut alias
citra in cōmodum nōnunq̄ omittitur, ita hoc loco cōmodum erat addere.

Et non cognoverunt parentes eius.) Græci codices habent δὲ οὐκ ἔσνωιστον Κατη διε-
τοῦ, i. & non cognouit Ioseph & mater eius, quod & ipsum mutatū arbitror, præsertim
cum in nonnullis exemplaribus secus habeatur, nempe δὲ γονεῖστον, i. parentes eius.

In comitatu.) ἐψ συνοδίᾳ quod proprio sonat comites & socios eiusdem itineris.

Stupebant aūt) ἐξιστοντο quod significat uehementem admirationem aut metum, ita
ut quis non sit apud se, cui finitimus est illud quo mox utitur ἐξελάγησαν, quasi dicas at-
toniti facti sunt.

EX CAPITE III.

Procurate Pontio. Interpres delectatus est uarietate, qui nunc uerat procuran-
te, quod modo uererat præside ἡγεμονεύοντο. i. præsidem agente.

Tetrarcha autem.) & hæc apud græcos participia sunt abbsolute posita, τετρά-
ρχουντο, id est tetrarcham agente. In omnē regionem) ἐπὶ πᾶσαν τῷ περίχω-
ρῳ τοῦ ιορδανοῦ. In omnē regionē circa Jordanem, siue finitimatam, aut circumiacentem
Iordanī. Rectas facite semitas eius) Et hīc pro dei nostri quod est apud hebraeos ac
septuaginta, mutauit eius, de quo admonuimus superius. Nisi quod Lucas longius pro-
ee fecutus

secutus est Esaiae testimonium, in quo cōsentit cū Hebraica ueritate simul & septuaginta, nisi quod pro eo quod habet hebraica ueritas, & uidebit oīs caro pariter quod os domini locutum est, hic uelut interpretans dixit ἡστήριον τοῦ θεοῦ, id est salutare dei. Ceterum hebraica, si quis uolet cōferre sic habet, בְּגֹוֹרֶבֶשָׁאַרְכֵל הַר וְגַבְעָה וְשִׁפְלָה וְחוּדָה כְּלֻשָׂה וְגַלְעָד בְּכָרְוִיְהָוָה וְרָאוֹבָל בְּשְׁרוֹחַ הַזְּבָרָה. Et sic extulit Hieronymus. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava indirecta, & aspera in uias planas, & reuelabitur gloria domini, & uidebit omnis caro pariter, quod os domini locutum est.

Praua indirecta.) τὰ σκολία ἐπειδὴ αὐ, id est obliqua in rectam, ut subaudias uiam. Nam hic interpres prava posuit non pro malis, sed pro distortis. Uetus est autem figura hebraica, qua illi sic loquuntur, erit mihi in patrem, erunt duo in carnē unā, pro eo quod est, erit mihi pater, & erunt duo una caro.

Et aspera in uias,) καὶ τραχεῖα, id est & asperæ ut subaudias uiae & plane est λειας leues, quod prima syllaba producta opponitur aspero.

Gēmina.) γεννηματα, quod alias uertit progenies, id quod non semel admonuimus.

Quis ostendit) τις ὑπέδειξεν, quod magis sonat subindicauit, hoc est clam cōmonstravit, quemadmodum solemus instantे periculo. Et filios Abrahæ Abrahæ græcus dati uus casus est τῷ οἰκεῖῳ.

Dignos pœnitentia.) ἀξίους τῆς μετανοίας, potest accipi & ita, dignos pœnitentia, nam dignus apud Græcos gignendi casum habet. Verum hoc admonuimus in Matthæo.

Ne ceperitis dicere.) Græci hic addunt, εἰ εἰστοι, id est in uobis ipsis, siue intra uos, hoc est in animo uestro.

Iam enim securis.) Græci addunt copulam & securis @ δέσμη, quæ sane non est ociosa, significat enim præsens periculum, n̄ resipiscant.

Ad radicem arboris.) arborum est & apud Græcos & in uetustissimis nostris codicibus ἀνθρώπων, Sentit enim de cunctis hominibus, atq; ita legit Ambrosius.

Excidetur.) Exciditur & mittitur, est Græcis ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται, quemadmodū & in Matthæo. Det non habenti.) μεταθῶ, id est cōmunicet siue impartiat. Neq; enim iubet dari duas tunicas, sed e duabus unam. Nam id est μεταθοῦραι.

Quam constitutum est uobis faciatis.) Miror non esse animaduersum, nec a Laurentio, nec a quopiam alio, πρέσβετε, hic uertendum fuisse non faciatis sed exigatis, cum loquatur de publicanis hoc est publicorum uectigalium redemptoribus, quibus hic & hodie mos extorquere a plæbecula, non quantum princeps iussit, sed quantum omnino possint, utrumq; enim significat πράττω.

Calumniam faciatis.) συκοφαντίστε συκοφαντέμ, apud Græcos non uno sumitur modo, uerum plarumq; συκοφαντεῖμ est falso deferre, & crimen data opera impingere, quo non nihil emolumenti extorqueatur a reo. Duo igitur uult abesse a militibus uim qua provinciales opprimebant, & calumniam, qua deferebant illos apud suos praesides, quo si ne ui, sed non minus perniciose spoliarent. Ridiculum uero quod quidam ex hoc loco probare nituntur bellum, quasi uero Ioannes haec dixerit Christianis, ac non potius gentibus, aut certe prophaniſſimis Iudeis. Si qui tamen Iudei meruerunt unq; sub gentilibus, aut hoc egerit ut præscriberet cuiusmodi deberent esse milites, & non illud potius ut qui pessimi erant, inciperent esse minus mali. Sic enim undiq; præparabat uiam domini, alioqui qui potuisset Ioannes ab illis extorquere militiam, cum Christus a Iudeis non potuerit extorquere cæremoniæ & superstitionem Mosaicæ legis ac traditionem.

Stipendijs uestris.) ὅτωνισμένοι, quo uerbo Terentius usus est pro cibis laitoribus. Quanq; Paulus quoq; semel atq; iterum uetus est hoc uerbo pro stipendio siue autoramento militari. Existimante.) προσδοκῶσθε, id est expectante, siue sperante, uelut ex euentu iudicaturus esset.

Neforte

Ne forte.) μή ποτε. i. num ipse mallem, ἢ ne. Nam ποτε hic plane coniunctio est expletiva. Cuius uentilabrum.) τὸ πτύων, quod inde dictum, quod paleas fecernat a grana. Nam πτύω est expuo. Adiecit & super hoc omnia.) Librarij uicio deprauatus ordo, legendum autem, Adiecit & hoc super omnia, quemadmodum reperio scriptum & in emendationibus latinorum codicibus.

Sicut columba.) ὁσεὶ τερψηρὰ Laurētius mauult uelut columba, quod alioqui uideat sensus & columbam descendisse in Iesum. Nunc uero sentit spiritum sanctum descendisse, sed spetie columbae. In horreum suum.) εἰσ τὴν ἀπόθεσιν αὐτοῦ, incertum an suū referatur ad triticum, an ad Christum, sed magis opinor ad triticum, ut indicatum est in superioribus.

Factum est autem.) Poterant cōmodius reddi græca. Accidit autem cum baptizaretur totus populus, ut Iesu quoq; baptizato & orante aperiretur cœlum, & descenderet spiritus sanctus corporali spetie ueluti columba super illum, & uox e cœlo profisciceretur, quæ diceret. Tu es filius meus.) σὺ εἶ ὦ Ἰησοῦ, id est tu es ille filius meus. Propter græcum articulum cuius uis non est hoc loco ociosa.

Quasi annorum.) ὁσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, id est annorum circiter triginta. Quanq; nōnul; li codices sic habebant Καὶ τόσοῦ ἡ ἱκοῦνται τριάκοντα ἀρχόμενος ὥρη ὁσεὶ ἐνομίζετο Ἰησοῦ κατόπιν, Quorum uerborum hic est sensus. Et ipse Iesus ingressus erat annum trigesimum, ut putabatur filius Ioseph, aut certe ad hūc modū, & ipse Iesus accedebat ad annū trigesimū ut intelligamus illum aut agere cœpisse trigesimum annum, aut accessisse iam ad illud ætatis. Ceterum participium uerbi substantiui ὥρη ita positum est, ut possit uel ad superiora, uel ad inferiora referri. Verum qui potuit esse filius Ioseph si putabatur tātum & non erat, unde res ipsa cogit, ut ad superiora referatur, & accipiamus participium usurpatum uice uerbi infiniti. Nempe ὥρη pro ἑταῖ, qui incipiebat esse, quod sane non infrequens est apud græcos. Qui fuit Heli.) τοῦ ἡλί, id est qui fuit filius Heli græce hæc nomina connectuntur per articulos. Proinde nostrum qui, non est referendum ad Ioseph nec ad Christum, sed ad proximum nomē. In recensendis nominibus mira in græcorū codicibus confusio, ne latinis quidem inter se consentientibus, alibi deerat, alibi supererat, inuersa ac deprauata plaracq; quæ nos diligētissima collatione qua licuit restituimus.

Ceterum quod Matthæus discrepat a Luca in recensenda genealogia Christi, quod hic per Nathan stirpis seriem deducat ad Dauid, ille per Solomonem, lōgum sit altius repeteare theologorum quorundam super hac re digladiationem, quorum nonnulli nimis ἄρι ridicule uolunt hunc Nathan non fuisse filium Dauid, sed prophetam, quem Dauid adoptarit in filij uicem, suum uidelicet obiurgatorem, & ne ipla temporis ratione refellantur, uolunt Nathan μακροβιώτατος fuisse, ceteros qui ante hunc regnauerunt a Solomone μυριθδον, ut Homericu utar uerbo. Et in hac quidem sententia uideo propemodum fuisse diuum Hieronymum. Quanq; nihil erat opus ad hæc suffugia diuertere, si perpendissent apud Hebraeos duplicitate dici filios iuxta legem & iuxta naturā. Lex erat si quis sine liberis decessisset, ut huius frater instauraret posteritatem defuncti. Itaq; qui sic natus erat, duos habebat patres, alterū naturalē ex quo natus erat, alterū legalē in cuius nomen & pgeniē succedebat, nēpe defuncti. Ad hūc modū cū posteritas Solomōis defecisset, in Ochozia, ex Simeon cognominato Ioas, qui pgnatus erat e stirpe Nathan filij Dauid, instaurata est posteritas Solomonica. Quod quidē palam arguit illa præfatio, haud scio cuius, quæ Lucae euāgelio præfertur. Nam ab Hieronymiano stilo tantum abest, ut nullius omnino latini uideri possit, sed græci cuiuspiā, eruditī tamen & eloquentis, in ea sic legimus. Cui ideo post baptismum filij dei, a perfectione generationis in Christo completa, repetendæ a principio natuitatis humanæ potestas permissa est, ut requirentibus demonstraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid, introitu generationis recurrentis in deum admisso, indisparabilis

ee 2 dei, ut

Jacobus Faber Stapulit,
Joannes Annig,

dei, ut prædicans hominibus Christū suū, perfecti opus hominis redire in se per filium
faceret, qui per David patrem uenientibus iter præbebat in Christo. Obsecro quis huc
sermonem ascribat Hieronymo. Sed ut ad rem, differuit accuratius hac de re, magnus
ille bonarum literarum antistes Iacobus Faber Stapulensis in commentariis quos adi-
dit in epistolam ad Hebræos. Nec paucā refert Ioannes Annus ex Philone. Ea quācūq;
admodum probabilia sunt, tamen quoniā is non tam certo citat ḥ uellem, præsertim in
re controuersa, nec nobis erat Græci Philonis copia, paucis attingēda iudicauimus, &
in hoc dumtaxat, quo lectori diligenti, cetera peruestigandi præberemus ansam, præ-
sertim cum hæc pene πάρεγγα sint huic instituto. Iam quoniā hinc plaricū falluntur,
quod non nulli sint διάνυμοι, nonnulli binomines, aut etiam trinomines, interdum cog-
nomina addita, ipsis misceantur nominibus, pauca recēsebimus, quibus cognitis, minor
sit errandi occasio. Primum Elih.) Idem est cum Iehoakim, quem corrupte uocant
Ioachim pater naturalis Mariae uirginis, & auus Iesu Christi secundum carnem. Quod
testatur & Hieronymus, atq; hinc colligere licet, Lucam naturalem Christianæ genealo-
giæ seriem secutum esse, non legalem, si quidem ad Christum respicias, si ad Joseph
referas, contra erit. Nam Matthæus per naturæ lineam deuenit ad Joseph, quæ ad Chri-
stum tendenti legalis est.

Deinde Iane,) Et huc & Ianū qui præcessit, una cū his qui inter hos duos intercedunt Philo testat Israheliticō functos imperio. Recēsent aut̄ his insigniti cognomētis Iane⁹ secundus, H̄ircanus. Ioseph Iunior, Arses. Matthathia, Siloa. Amos, Shyrach. Nahum, Maslot. Helli, Aglai. Nagid, Artaxat. Maath, Afer. Elih, Mathathias. Semei, Abner. Ioseph primus. Iudas primus, H̄ircanus. Iana, laneus primus.

Præterea Zorobabel) Idem dictus Barachias, duos habuit filios, unum Resa nomine, cognomine Misciollam, quemadmodum legis in Neemia. Huius propaginem Lucas narrat, Alterum Abiuth, cognométo Anania. Cuius stirpem Matthæus proset quitur. Ex horū stirpe descendūt, & qui apud Lucam, & qui apud Matthæum deinceps reserfūtur. Ad hæc Salathiel, Rectius ni fallor dícedus שָׁלָתִיאֵל Shealthiel, idē alio nomine díctus Mezebeel, & Zorobabel, tā apud Lucā, q̄ apud Matthæum recensentur ut coniectare liceat hos ex Nathan ortos. Iam & Neri idem est, qui apud Matthæum dicitur lechonias, id cognominis illi tributum est a populo, postea q̄ eruptus e carcere in p̄cio habitus est apud Euilmerodach, quod lucerna Dauidici generis quæ uidebatur extingueda redaccens sit in hoc. Is igitur tū genuit Salathiel. Proinde frustra Iulia i nus calumniā struit euangelistis, quasi duos patres uni tribuant filio, cum idem sit Neri & lechonias, quemadmodum cæteri quoq̄ reges qui hunc præcesserunt πολυάρχου μοι fuerunt. Vsq̄ ad loas, qui est Simeon apud Lucam, haud ille quidem e stirpe Solomonis, quæ iam interciderat in Ozochia, sed ex Nathan, cuius posteritas ius habebat hæc tenus in regnum succedendi. Cæterū quod parū respōdeat numerus eoꝝ, qui apud Lucam referuntur, & qui apud Matthæum, haud ita mirum uidebitur, si quis perpendit, primum quod & Hieronymus indicauit, & ante hunc Origenes, nonnullos in genealogiæ serie fuisse prætermissoꝝ, idq̄ data opera, quemadmodum annotauimus in Matthæum. Quandoquidem nec loas usq̄ recensentur. Quos si cæteris adieceris, copie & numerum consentire.

Præterea Iechonias idem est cum eo qui dicitur est Neri. Huius pater Ioachim prætermisssus apud Matthæum, idem est cum Melchi, ante quem regnauit mensibus tribus loachaz, quem ne ipsum quidem commemorauit Matthæus. Et haud scio an huic respondeat Addi, Rursus Iosias, Amon, Manasses, Ezechias, & Achas, cognomētis designantur hisce, Cosam, Elmodam, Eri, Ieso, Eliezer, quorum sane cognominum & Philo meminit, deinde Ioathan, Asarias, Amarias, Ioas, adnominati sunt his nominibus quæ sunt apud Lucam, Ioram, Matha, Leui, Simeon, quorū Matthæus omnino non meminit.

non meminit. Quin & Simeon, qui est apud Lucam, trinominis fuit, idem dictus Simeon, Heli & Iosas. Hic primus ortus est ex posteritatis Dauidicæ instauratoribus, quos Hebræi אֶחָד שְׁרֵי מִצְרַיִם Achesarim uocant, ceu regni adiutores, cum iam in Ochozia posteritas Solomonis defecisset, nec haec modo, uerum etiam ipsa familia Achesarim, nimirum omnibus ab Athalia interēptis, hoc solo superstite, quod hūc losaba Ochoziæ soror seruasset, etiamnum in cunis agentem. Nec enīm erat is filius Ochoziæ natura, sed successione dumtaxat, iuxta ius Achesarim. Proinde ab hoc reliqua posteritas omnis ad Nathan pertinet, ut unde duxerit genus, licet in forte colloceſ Solomonis. Porro Nathan hic de quo coeperamus in initio dicere, filius fuit Dauid frater Solomonis, ex Bersabeæ, quemadmodum legis paralipomenon libro primo, capi. tertio, Is, ut dixi, nec erat propheta, nec adoptatus a Dauid in ius filiorum, uerum huius posteritatē ius regni manebat, idq; ex edicto Dauid, si quando Solomonis stirps intercidisset, id quod Annio citante docet Philo, idem propemodum colligere licet ex libro Regum tertio, Capi. quarto, nempe quod Nathan Achisar institutus fuerit, hoc est regiæ stirpis instaurator. Sic em & illuc appellaſ filius Nathā, que אֶחָד שְׁרֵי Lucas uocat Mathan. Huius partes erant, uniuersam familiam regiam moderari, & ob id ius dicebantur Hebræis אֶחָד שְׁרֵי מִצְרַיִם, id est donati ad succedendum, & אֶחָד שְׁרֵי מִצְרַיִם, hoc est fratres principum, quia in pari honore cum Regum filijs habebantur. Ad hos pertinebat tribus Beniamin, cum ad posteritatem Solomonis, sola domus Iuda pertineret. Haec pauca e multis carptim delibauimus, ne nihil lucis præberemus auidis eadē exactius inquirendi, præsertim cum ad historiæ fidem faciant. Neq; rursum probarim in huiusmodi quæſitionibus uel anxie distorqueri, uel cōtentioſe digladiari, in quibus haud multo plus fructus esse uideo, q; in illa nobili pugna theologorum de conceptione dei paræ uirginis. Et Paulus non uno in loco monet, pijs hominibus huiusmodi genealogias, & nunq; finiendas questioſes esse uitandas, quod non solum nihil conducant ad pietatē, uerum etiam pariant lites & contentioſes, pestem christianæ concordiæ.

EX CAPITE QVARTO.

Egressus est a Iordanie.) , Regressus legendum est.
Et agebatur.) καὶ ἦγετο, id est ductus est siue actus est, cum alibi dicatur expulsus a spiritu. In deserto.) εἰς τὸν ἔρημον, id est in desertum accusandi casu, Diebus quadragesinta.) ἡμέρας τεσαράκοντα περιβόλου, id est, & quadraginta dies tentatus est. Nam quadraginta dies ita positum est, ut possit uel ad superiora, uel ad sequentia accommodari, uerum mollius est ut ad inferiora pertineat non quod tota hoc tempore tentatus sita diabolo, sed quod aliqua parte huius temporis.

Vivit homo.) Græcis est γίστεται, id est uicturus est siue uiuet uerbū futuri temporis. In momento temporis.) ἐμπιγμῆ χρόνου, id est in puncto temporis, qua Græci pro uerbiali figura breuissimum tempus indicant, Sumptum est a puncto mathematico,

Et cui uolo.) καὶ φέρετε δέλω, id est cuicunque uolo siue uelim.

Si procidens adoraueris.) σὺ δυρ οὐαὶ προσκυνήσῃς ἐνώπιον μου, id est tu igitur si adoraueris coram me. Scriptum est hic græci codices addunt ὑπαγεῖ ὅπισθ μου σατανᾶ, id est uade post me satana. Sic enim erat in Matthæo.

Seruies.) λατρεύσοις, quod plerumq; ad diuinum cultum pertinet, unde & latrīa dīcta est. Mandauit de te.) ἐντελεῖ, id est mandabit ut indicatum est a nobis & alibi.

Ne forte.) μάτποτε, id est ne quando, siue ne.

Per uniuersam regionem.) καθόλη τῆς ἀεριχώρου, id est per omnem finitimam regionem, siue per omnem undiq; regionem.

Et magnificabatur.) δοξαζόμενος, id est glorificabatur, Non satis uideo cur hic Laurentium offendere debuerit coniunctio, mauit enim ille docebat in synagogis eorum omnibus cum glorificantibus.

ANNOTATIONES

In die sabbati.) σαββάτων, id est sabbatorum. Et reuoluist librum.) Οὐανπτύχας τὸ βιβλίον, quod ego maluisse uertere, & explicito libro, nam ipse mox uertit, & cum pli cuisset librum νὺ πτύχας τὸ βιβλίον.

Spiritus domini super me.) Locus est apud Esaiam cap. 61. Quanquam hoc sane loco citatio Lucæ magis cōsentit cum editione septuaginta, ἃ cum hebraicis uoluminibus. Siquidē hebræa sic habet רוח ארני ורוח עלי יוש משבח הוה אתי לבשר ענrios שלחני: קחכש לנטשבר לי לב לסקרא שגצה-קוחן לירחונה: Quæ uertit ad hunc modum Hieronymus. Spiritus domini dei super me, eo quod unxit me dominus, ad annunciatum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clavis apertioem, & annūciarem annum placabilem domino. Porro iuxta Septuaginta legimus ad hunc modum. Spiritus domini super me, propter quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis ut uideant, & uocare annum acceptabiliem domino. Eo quod unxit me.) ὁν ἐνεκεν ἔχεισέ με, id est propter quod unxit me. Atq; ita legitur in antiquissimis latini exéplaribus, sed græcis ad uerbū redditis magis ἃ eleganter. Et cæcis uisum.) Οὐφλοῖς ἀνάθλετη, quod magis sonat redditum uisum ἃ uisum, quasi dicas residentiam.

Et diem retributionis.) Hæc uerba non adduntur in græcis uoluminibus, nec adduntur ab Hieronymo, qui citat hunc locum e Luca, edisserens Esaiam prophetam.

Impleta est scriptura.) Hæc addendum est, & ita legitur in emendationibus librī.

Vtq; dicetis.) πάντωσ εἴητε, id est omnino dicetis. Est enim aduerbiū confirmandi. Quanta audiuimus.) ὅσα, id est quæ, siue quæcumq;.

In ueritate dico uobis) Græci addunt coniunctionem non ociosam, ἐπαλλαξίας δὲ λέγειν. Sed in ueritate dico uobis, aduersatur enim hæc pars superiori, quæ de contemptu meminit. Atq; ita concinnandus ordo contemnitis me, quod præsto sim, uerum non omnibus datum est habere talem qualis ego sum.

Sine) ἄ, quod tamen aliquoties est aduerbiū exclamantis. De figura sermonis quid tibi & mihi, iam dictum est non semel.

Scio te quis sis.) οὐδέ οτι τίς οὐδέ γέθ τοῦ θεοῦ, id est noui te quis es, nempe sanctus, ille dei. Et factus est pauor.) θάυμα, quod saepē uertit stupor. Est autem plus quidam ἃ timor aut admiratio. Nam hoc loco magis uidetur admirantium esse ἃ timentium. Diuulgabatur fama.) ἐπορεύετο ἡχος ἀντοῦ, nomen est a uerbo ἡχεῖν, quod est resonare, unde & echo dicta est, quæ uocem acceptam reddit quod fama tinniat, & pro una uoce plurimas reddit ab eodem composita est uox cathecuminus.

Magnis febribus.) πυρετῷ μεγάλῳ, id est febre magna, nec est timebatur, sed συνέχομέν, quod alias uertit coartari.

Imperauit febri) ἐπετίμησε. increpauit forte scriptū erat īcrepauit febri more græcorū. Et offensus quispiam nouitate constructionis mutauit increpauit in imperauit, id quod & alias factum deprehendimus, & suo cōmonstrabimus loco. Porro quod sequitur, & dimisit illum, maluisse redi, eaq; reliquit illum, ne Christus uideatur reliquisse puerum. Ut ne cauiller. Et surgens ministrabat illis, parum cōmode redditum, cum dicendum fuerit erecta ministravit illis, siue surrexit ac ministravit illis.

Cum autem sol occidisset.) δινοτός δ, id est cum occideret, siue, occidente uero sole. Consentaneum est autem eos magis accelerasse quod nox immineret.

Quia sciebant.) οτι οὐδεσποτὸν χριστὸν αντὶ τοῦ θεοῦ. Et hic sensus esse potest quod scirent se Christū esse. EX CAPITE QVINTO.

IRuerent in eum.) ἐπ τῷ τῷ διχλοῦ ἐπικεῖσθαι αὐτῷ. i. cum turba irrueret illi, siue urgeret eum Praceptor.) ἐπισάτα non est διδάσκαλος, neq; καθηγητά, sed tertium quoddam quod sonat quasi prefectum.

Veniret

Veniret & adiuuaret eos) se dicendum erat non eos, & in alterā nauī potius q̄; alia.
Ita ut pene mergerentur) Pene non additur, nec in græcis, nec in uetus exempla i
ribus. Verum lector aliquis nolens illicē perire apostolos, addidit pene.

Ex hoc iam) ἀπὸ τοῦ νῦν, id est post hac. Eris capiens) ζωγρῷη, Est autem ζωγρεῖη, pro
prie capere uiuum, quemadmodum fit in bello, dictione composita ex ζω, uiuo & ζω
γρέω, uenor, siue uenatu capio.

Volo mundare) mundare passiuū est. & imperatiui modi, καθαρίδητι.

Sed uade ostende) Hic nonnihil addendum erat, nēpe inquit, sed uade inquit ostend
de te sacerdoti, quod ne quis putet illum religione non fecisse, ecit idem in actis apo
stolicis, quam audistis inquit per os meum.

Magnificans deum) δοξάωμ ἡμ θεόμ, id est glorificans, ac mox, & magnificabant deū
καὶ δοξάσω. Quia uidimus mirabilia) ωράδοξα, quod aliquando uertunt noua
aut incredibilia. Facies eius erat cūtis) ὅτι πρόσωπον ἀντοῦ ἡμ πορεύεντο, id est quod
facies eius erat uadens. Atq̄ ita legit Hieronymus in questione ad Agaliam quintā.
Sic enim facies dicta est ire, ut oculi dicunt loqui. Quāq; haud male mutauit interps.
Hæc annotatiūcula operarū in curia huc erat translata, cum pertineat ad caput nonū.

Nomine Leui) Lucas inflexit λευεῖη uelut a nominatio Leuis.

Conuiuū magnum) δοχὴ μεγάληη, id est ut ad uerbum reddam acceptiōem mag
nam, inde dictum, quod accipiāntur inuitati.

Non potestis filij sponsi). μυρφῶνας, i. filios talami, sed proprie in quo sponsus & sponsa
uersantur, ut & ante cōmonstrauimus.

Cōmisuram a uestimento) Rursus est? πίβλημα επιβάλλει, i. immisuram immittit.

EX CAPITE SEXTO.

In sabbato secundoprimo.) δευτερόπερτω. Annotauit Ambrosius noue positū a
Luca secundoprimū sabbatū, uerū nihil explicat preter allegoriam. Diuus Hie
ronymus in epistola ad Rusticum monachū narrat se cū uerfaretur apud Nazan
zium, hanc illi propoluisse quæstionem, quid sibi uellet apud Lucam sabbatum δευ
τερόπερτω. At illū cum (opinor) non haberet in promptu quod responderet, elusisse iō
co docebo te inquit apud populum ubi acclamantibus & applaudentibus cunctis uelis
nolis cogeri nobis assentiri. Lyranus salebram hanc fortiter translit. Hugo Carrensis
addit secundo primum sabbatum dici quod a præcedenti proximum sit. Atqui iuxta
hanc rationem omnia sabbata δευτερόπερτα erunt, excepto eo quod fuit omniū pri
mum. Admonet idem nimirum homo diligens secundo primo duas esse dictiones, ne
quis uel imprudens bene posset errare, ut quemadmodum apud Græcos e duabus uni
ca composita est dictio, itidem apud latinos unam faceret, & ita diceret secundo primo
quemadmodum Plautus dixit Tragicocomediam, & nos dicimus Gallogræciā. Equi
dem super hac re nihil adhuc apud autores comperi, quod satis faciat. Cæterum quod
Vulgarius græcus interpres etiam si recentior in hunc prodidit locum hic ascribam.
Equidem ipsius uerbis, οἱ ιουδαιοὶ πάσαις ἐστὶν σάββατοι, ὁνόμαζον ἀναπάνστατος ἢ σάββατοι
πολλάκις ὅμηρον ταῦτα ἐστήνει τῇ παρασκευῇ. Οὐκάλλιν τὸν παρασκευὴν σάββατοι διὰ τὸν ἐστὶν
ἴτα τὸ κυρίως σάββατοι ὁνόμαζον δευτερόπερτοι, ὡς δευτεροῦ προκήκοσμός ἔλλην ἐστῆς,
Ο σάββάτος. Quæ quidem ut non grauatus sum ascribere in eorum gratiam quā diffidat,
ita non pigebit interpretari latine propter eos qui græce nesciunt. Iudæi, inquit quod
uis festū sabbatum uocabant, nam sabbatum requiem sonat. Sapientiū igitur in/
cidebat festū in parafœcuen, & uocabant parafœcuen sabbatum propter festū. Itaq; quod
proprie sabbatum erat nominabat secundoprimū, quod secundum esset ab alte
ro festo & sabbato quod præcesserat, haec tenus Vulgarius.

Interrogo uos.) ἐπερωτήσω, id est interrogabo.

Si licet sabbatis.) τί εἶσι, id est quid liceat siue utrum liceat, quandoquidem de duo/
ce 4 bus interrogat,

bus interrogat. Restituta est manus eius.) Exemplar græcum addidit *υσικός ως οὐδέν*, id est sana quemadmodum altera. Insipientia.) *ἀνοίας*, id est dementia.

Simonem quem cognominavit.) *Ὥμη καὶ ὄνομασε πέτρον*, id est quem & nominavit Petrum, ut binominem intelligas, quanquam alias cognomen appellat.

Iacobum Alphæi.) subaudi filium, quanquam interpres addere debuit quod in articulo græco subauditur.

Et maritima & Tyro,) καὶ τῆς παραλίου τυροῦ. i. & maritima Tyro citra coniunctionē.

Et Sidonis.) Mirum cur hic reliquerit græcum genitium, nisi putauit utrumq[ue] relinquendum fuisse, ut subaudias regione, ad hunc modum, a maritima parte Tyri & Sidonis, hoc est ab extrema parte qua spectat ad mare. Quanquam haud scio quo casu factum sit, ut in hac æditione prima secus sit expressum formulis.

Beati pauperes.) Hic aperit cœlestis ille doctor arcana suam philosophiam, quam ut traderet suis, e coelo descenderat in terras, & hanc Christianorum uulgas libenter antiquari sinimus, ac uelut obsolescere, & alias nugas agimus. Cū hæc in primis sint inculcanda animis omnium, quod si fieret non ita paucissim omnes pro rebus friuolis pro pecuniola, pro uanissimis imperij titulis, pro quauis iniuriola digladiaremur. Hæc deum sunt, quæ uere reddunt Christianos, non argutiæ Scotistarum aut Occanistarum.

Exprobauerint.) *οὐδὲντων*, id est probriis affecerint.

Væ uobis cum benedixerint uobis omnes homines. Secundum hæc enī faciebat prophetis patres eorum.) Græci legunt non prophetis, sed φευδοπροφήταις, id est falso prophetis consentientibus & latinorum codicibus emendationibus. Superius enim totidem uerbis de prophetis locutus est. At hic de adulatoribus prophetis, illuc faciebant significabat affligebant, hic faciebant, significat præbebant se, & demulcebant illorum assentio[n]e.

Aufert tibi uelmentum, id est *ἱμάτιον*, id est pallium, id est summam uestem. Nam tunica infra pallium est. Vnde Plautinum illud tunica pallio propior est.

Et si bene feceritis ijs qui uos diligunt,) καὶ τὰ προστοιχία τοὺς διγαθοποιούντες, id est & si benefeceritis benefacientibus, consentiunt & latinorum uetus codices.

Siquidem & peccatores hoc faciunt.)) *Ἐπειδὴ ποιοῦσι*, id est idem faciunt.

Peccatores peccatoribus fœnerantur.) *διαβεῖουσι*, id est mutuum dant. Nā est idem uerbum quod superius ita transtulit. Cæterum intelligens fœnerari uicio datum, non ausus est uti eo uerbo, de probis uerba faciens. Illic igitur dixit mutuum dare, hic fœnerare, cū græcis utrobicq[ue] id est uerbu[m], quod tñ illis anceps. Nam & quicq[ue] usurā dat mutuum *διαβεῖα*, & q[ui] ad usurā dat *διαβεῖ*. Verū hic perpetuo uertendum erat dare mutuum. Agit enim non de questu fœneratorum, sed de mutuis officijs amicorum inter se. At inter impios quoq[ue] reperias, qui amico credat pecuniam mutuam. Idem si faciunt discipuli Christi, nihil magni faciunt. Extenuat enim Christus uulgaria officia, utpote communia cum ethnicis ac malis, ut ad illa prouocet quæ pecularia sunt Christianorum, ut sit in quo ceteros antecellant. Verum eo redierunt mores, ut si titulum, si ceremonias subduxeris, hac nota uix possis Christianum ab ethnico dignoscere. De uulgo Christianorum loquor, non de omnibus.

Quia ipse benignus est.) *χαρέσθε*, quod sapienti[u]m uertit bonus, sonat autem comi modum & humanum ac facilē ad gratificandum id quod propemodum declarat & benignus, qua de re complusculis locis, & dictum est & dicetur.

Confertam & coagitatam.) *πεπιεσμένον*, quod sonat pressam, id enim fit in aridis, quo plus capiat mensura, & coagitatam est, *σεσαλευμένον*, id est concussam, nam & hoc pacto fit, ut plus capiat uas quo metimur. Gaudet enim Christus harum rerum collationibus uti, quæ sensibus omnium notissimæ sunt.

Si sit sicut magister eius) græca secus habet, nēpe ad hunc modū *κατηγετικόν* Θεοῦ πᾶς.

Ιεροί οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ, id est perfectus autē omnis erit sicut magister ipsius, non enim uerat Christus ne sit perfectus discipulus. At non uult, ut discipulus usurpet sibi, quae praeceptor usurpauerit, ac praeire conetur, sed ita perfectus erit si per omnia imitetur suum praeceptorem. Et in hanc sententiam legit & interpretatur Vulgarius.

Veruntamen.) πληρός, id est imo. Trabem in oculo tuo.) ἐπ τῷ ιδίῳ φθαλασσῷ, id est in tuo ipsis oculo, siue in proprio oculo.

Qui fodit in altum.) Σένσυμ recte uertit, cæterum græce est ὁ σένσας οὐβάσιν, hoc est ut ad uerbum reddam fodit & profūdauit (Aedificanti domū suā) οἰκοδομήσαντι. i. qui ædificauit domum suam. Nec est supra petram quod Græci dicunt ἡ ω πέτρας, sed ἡ επι πέτρας, id est super petram.

EX CAPITE SEPTIMO.

Centuriones autem.) Ex hoc loco constat quem Matthæus παιδία uocat non solum fuisse, sed famulum, δοῦλον enim nihil aliud ἢ seruum aut famulum significat. Et quod hic uertit erat moriturus, uertere poterat agebat animā, aut erat in periculo mortis, aut certe incipiebat mori. Sic enim uertit aliquoties. De inde qui erat illi preciosus,) noue dixit, charus enim tum ad rem tum ad hominem pertinet. Preciosus non nisi ad rem, nisi per metaphoram, proinde οὐτι μόνον uertendum erat charus, aut in precio habitus.

Sollicite.) προσευχαῖς, diligenter siue ut magis ad uerbum, studiose ac sedulo. Et quia consuetudo erat omitenda. Annotandum autem ἃ iudaica commendatio, quam non si ne causa recensuit Lucas. Amat inquietum gentem nostram, & synagogam nostram ipse ædificauit nobis. Discipuli eius.) Græci addunt ἵκανοι, id est multi.

In ipsa autem hora.) ἐπ αὐτῇ, In eadem autem hora, quanq̄ hoc loco tempus significet potius ἢ horam. Pauperes euangelizantur.) Demiror quid Laurentio acciderit cum hoc loco mauct euangelizat ἢ euangelizantur, quasi uero sensus sit, pauperes prædicasse euangelium, ac non potius accepisse euangelium. Etenim ut Græci dicunt euangelizo te pro eo quod est, adfero tibi bonū nuncium ita dicunt, ille euangelizatur pro eo quod est accipit lātum nuncium, ut & alias indicauimus. Porro pauperes uocat mites siue mansuetos hebræorum more, quibus γνῶμα ab Hieronymo uertitur pauper, a septuaginta mansuetus, quod fere diuinitas comitet ferocitas, & ferocitas indocilis sit. Vento agitatam.) σολεύομενοι, id est qui agitare. Est enim passuum præsentis temporis. Proinde Ambrosius legit arundinem uento moueri, participio uerbo in uerbum, ut temporis ratio conueniret.

In ueste preciosa.) ἐνδέξεψ, id est gloriosa, siue splendida. Nec enim est ἐπ τῷ μὲν siue ποι λυτελῇ. Quod si latine loqui uoluisset mutāda erat forma græcanici sermonis. Nā illi ἐπ τῷ πορφύρᾳ dicunt. hoc est illum qui est in purpura pro purpurato, siue purpuram induito. Vertendum igitur erat ad hunc modum, Qui splendido uestitu utuntur, & i delicijs uersantur, in regnjs sunt, siue in regum palatijs sunt. Est enim græcis ἐπ τοῖς βασιλεῖοις.

Vtq̄ dico.) ποι, quod est affirmantis.

Spreuerunt in semetipsos.) οὐδέ τις αὐτοὺς, id est aspernati sunt aduersus seipson. Sentit enim illos recepisse in suum bonum, hos in suum malum reiecerisse.

Sapientia a filiis suis.) Apud Lucam additur omnibus πάντων, ut intelligamus Christi doctrinā placuisse omnibus qui essent filii sapientiae. Atq̄ ita legit Ambrosius, nec legit modo, uerum etiam interpretatur, atq̄ itidem scriptum est in libris emendationibus, tum græcis, tum etiam latiniis.

Et loquentibus adiuicem.) καὶ προσφωνῶσιν ἀλλήλοις, id est acclamantibus inter se, de cæteris item quæ sequuntur diximus in Matthæo.

Venit autem.) ἔλθε γέ, id est uenit enim suffragantibus & antiquis exemplaribus. Et bibens uinum) διποτήσας, id est uinipotor, nec est deuorator sed edax φάγος.

Ecce mulier

Ecce mulier in ciuitate peccatrix,) καὶ οὐ γυνὴ τῇ πόλει ἡτίς εὑράμαρτωλός. i. & ecce mulier in ciuitate, quae erat peccatrix, siue quae fuerat peccatrix.

Lachrymis coepit rigare) Interpres omisit duas dictiones graecas Εἰσαγάπη τούς τοὺς δακρύους διπίσω καλαίουσα πρέξα θρέχει. id est & stans iuxta pedes illius a tergo flens coepit rigare lachrymis &c. Ceterum coniscere licet triclinium more ueterum in aedito fuisse, ut stans attigerit pedes a tergo lectis patentibus in quibus discumbebat.

Quae & qualis) Rursum est ποταπή, quod alibi Laurentius uerti uoluit in quanta quod hic certe non poterat. Cuidam foeneratori) δανεισθ, quod non solum foeneratorem sonat, uerum etiam creditorem, nomen uerbale a uerbo δανεῖσθαι, de quo supra diximus. Hoc sane loco, magis quadrabat creditorū, quandoquidem de officio loquitur. Alioqui quis unctus audiuist foeneratorem cōdonasse cuiusque alienum?

Vnus debebat denarios) Vnus & alter dicendum erat non aliis, aut alter & alter, si latine loqui studuisset. Donauit utrisque ἐχαρίσατο, melius hic erat cōdonauit.

Quis ergo plus diligit) graeci habent τις δύο διατάξης ἐπένδυση, ταλαῖον αὐτῷ ἀγαπήσα, horum igit̄ dic uter eum plus diligit? Estimo) ὑπολαμβάνω, id est opinor, siue existimo.

Pedibus meis) ἐπὶ τοὺς πόδας μου. i. in pedes meos.

Non cessauit osculari eum) ὃν διέλειτο καταφιλοῦσα, belle participium mutauit in uerbum infinitum. Est enim graece, non deficit deosculans.

Cui autem minus dimittitur) διλέγομεν est graece. i. parum, siue paulum, non minus.

Intra se) graecus sermo anceps est. Accipi potest, intra se, ut cogitarint dūtaxat, aut inter se, & collocuti sint.

EX CAPITE OCTAVO.

Per ciuitates & castella,) Vetusti codices habent, per ciuitatem & castellum numero singulari, nimirum graecis ad uerbum redditis, κατὰ πόλιν καὶ κώμη. Verum id perinde ualet graece ac si dicas oppidatim & castellatim, id est per singulas ciuitates & castella. Vnde interpres non omnino perperam mutauit numerum. De ciuitatibus) καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, id est eorum qui oppidatim accedebant, hoc est de singulis ciuitatibus.

Inter spinas) ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, id est in medio spinarum.

Et extortæ spinæ) Καὶ συμφυῖσα ὁ ἀκανθα, id est simul enata spina, hoc est una cum herba segetis. Nā qui supra petram) διὰ τὴν πέτρας διὰ ταῦτα ἀκανθῶσι. i. qui uero in petra, qui cum audierint, ut subaudias, seminati sunt, aut semen acceperunt.

Quia ad tempus credunt) διὰ, qui est, non quia διὰ suffragantibus etiam uetus est exemplaribus. Non referunt fructum) τελεσφορῶν, unicam dictionem graecam duabus reddit. Sonat autem graeca vox non solum fructum, sed fructum perfectum & absolutum, herbescunt enim & illa semina, ceterum non edunt fructū quē expedit agricola. Bono & optimo) ἐν καρδίᾳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ, id est in corde honesto & bono utrumque positium est. Et subtus lectum) Valla recte mutat subtus aduerbiū in subter præpositionem.

In palam) εἰς φανερὸν, id est in apertū, aut in propatulū. Nec latine locutus est interpres nec graeca reddidit uerba. Quod non manifestetur) Graecis utrumque uerbum futuri tpi est φανερὸν γενίσται καὶ γνωμήσται, pinde mutato dūtaxat uerbi modo sic cōmode reddidisset, nihil occultum, quod non futurum manifestum, & nihil absconditum, quod non sit cognoscendum, & in propatulum uenturum.

Videte igitur quid audiatis) πῶσακούνετε, id est quomodo audiatis.

Qui enim habet) διὰ γράμματα, id est quicunque enim habet, siue habuerit:

Quod putat se habere) διὰ σημεῖα, id est quod uidetur habere. Et nō poterat audire) Adire legendū est suffragatibus uetus est codicibus. Nā graece est διὰ καὶ οὐκέτι συντυχεῖται, i. & nō poterant conuenire eum. Verū id nō accidit inter tpi culpa, sed librariorū. transfretemus

transfretamus trans stagnum) διέλθωμεν οὐ πέρ της λίμνης. i. transeatmus in ultraiora stagni, deinde & ascenderunt ανάχθονται, potius est soluerunt hoc est discesserunt a litto relubucti. In nauiculam οὐ πλοῖον in nauim, ut hūc præter diminuta nihil delectat. Compellebantur) hoc scio deprauatum a libariis, tamen quia tam prope accedit ad ueram lectionem, ne inualescat error admonendum duxi, complebantur esse legendū concordantibus & uetustissimis exemplaribus latinis, συνεπληροῦντο. Latinus quidam codex addit flutibus. Præceptor επισάτα) επισάτα. i. p̄cepto p̄ceptor ut intelligas & lesum altum dormisse somnum, & discipulos instanter inclamassem.

At ille surgens) ὁ δὲ ἐγκρεβεῖσται, at ille exprectus. Gerasenοργ τῷ γαδαρινῷ μ. i. Gadarenοργ de quo iam ante non semel differuimus. Vir quidē Graci addunt εἰς τὸ πόλεων. i. e ciuitate, quod tamen nūc additū reperio apud latinos, nec ex Ambrosianis cōmetariis coniūcere licuit illum ita legisse a pud Vulgarium Græcum reperio, τοις magis uertedū erat ex ea ciuitate, ut accipias dæmoniacū prodisse e ciuitate Gadara.

Arripiebat illum) συνκρέπονται αυτῷ μ. i. corriperat illum, nec est (& compedibus custoditus) sed νὴ πέδαις φυλασσομένοις κοινῇ θρησκούρᾳ δεσμῷ ἡλάσσετο, id est & compedibus seruatur, ac diſtrumpens uincula, agebatur. &c. Quod tamen mollius uerti potuit ad hunc modum, cunctis compedibus seruaretur, tamen diſtrumpens uincula ferebatur a spiritu in loca deserta. In deserto) οὐ τὰς ἐρήμους, i. in deserta, ut subaudiamus loca, atq̄ ita legitur in codicibus latinorum emendationibus.

In abyssum) græca uox est, latine uorago dicitur. Præceps) κατὰ τοῦ ἱερμανοῦ. i. per præceps siue per præcipitiū, & sic habent uetustissimi latini codices.

A legione) ὁ δαιμονισθεῖσται, i. a dæmonio uexatus.

Multitudo regionis Gerazenoργ ἀπαντὸν πλῆθε περιχώρου τῷ γαδαρινῷ μ. i. uniuersa multitudo regiōis undiq̄ finitima Gadarenis. Ad principē synagogæ) παρὰ τοῦ αρχιερατεύοντος αὐτῷ, i. a principe synagogæ dicēs ei. Verū offensus aliquis absurditate, quā prima fronte p̄ se fert sermo, mutauit a principe, in ad principē. Atqui erat subaudiendum domo ut fieri solet in huiusmodi orationibus. Verum de hoc quoq̄ superius dictum est copiosius. A turbis comprimebatur.) οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτού. i. turbæ suffocabant eum, hoc est constringebant.

Quæ in medicos erogauerat.) ἔτιστοιατρούσπροστεναλώσιστα ὅλοι τῷ βίοι, οὐκ ἕρχονται οὐ ποδῶν ὑπεραπειδήνονται. i. quæ cū insumpsisset in medicos totā substantiā, nō potuit a quoq̄ safari. Et aliquanto post (Turba te comprimunt & affligunt οὐέχουσι οὐέπεδλισουσι) mali, coarctant te, siue distringunt te, atq̄ afflictant.

Virtutem de me exisse) εξελθονταί πεπέμψον, recte sane hoc loco interpres mutauit partipium in uerbum infinitum, quod tamen in Matthæo & Marco non fecit.

Vade in pace) οὐτε εἰρήνη μ. i. in pacem, quæ græca præpositio ancep̄t est.

Ipse autem. Hic addunt græci εἰκαστῷ φέω πάντας, i. foras eiecit omnibus, id quod adi-
ditur in cæteris Euangelistis, Quanq̄ apud Ambrosium non reperio additum, & haud
scio an aliunde hoc transcriptum sit. Argutatur Valla non conuenire parentes solos ob-
stupuisse si turba aderat illa tota cuius ante facta est metio. Præterea quorsum attinebat
interdicere, ne cui dicerent, si res tot testibus acta est. Ob hæc necesse putat adiici hæc
uerba, quæ sane in græcis codicibus constanter ascripta uisuntur, eiecit omnibus.

EX CAPITE IX.

Tuua) εἰς τὸν ὄδόν μ. i. in uiā. Et tuleritis nō est a uerbo fero, sed a tollo, ne quid tollatis in uiā siue ad iter, hoc est ne quid deportetis.

Nec duas tunicas.) μηδὲ ἀνὰ δύο χιτῶνας, id est nec binas tunicas, id est singuli duas. Cæterum εἰς infinitum uerbum positum est uice imperatiui, more græcanico. Et inde ne exeat, i. græce secus est νὴ εκεῖδει εἴρηχεδε, id est, & inde exite. Sentit enim ut unus dumtaxat ædibus uerentur, ne aliunde exirent relicturi ciuitatem, quam

ANNOTATIONES

quam ingressi fuissent aduenientes, id quod non interpretis culpa, sed librariorum uicio mutatum esse constat. In testimonium supra illos ἐπ' αὐτοὺς, queso cur nō potius aduersus illos & supra illos adeo ne studio fuit corrupte dicere?

Et hæsitabat δικτύον, quod ut significat hæsitare, ita significat & pplexum esse atq; ancipitis consilij & animi dubium. Metuebat enim, si is resurrexisset quem occiderat.

Quæ est Bethsaïda) τὸ τόπον ἔρχομον πόλεων καλουμένης Βιθσαΐδας. i. in locum solitarium ciuitatis quæ dicitur Bethsaïda. Qui cura indigebant) θεραπείας, cur non potius curatio ne, cum de morbis loquatur, cum & latinius sit, & ad græcam uocem exprimendam ac cōmodatius. Villæc quæ circa sunt) εἰς τὰς κύκλων κώμας, i. in circumiacentes uicos sive oppidula. Et rursus agros uertit in uillas, nec id sane male.

Inueniunt escas) ἐπιστοιμόρι, i. cōmeatum ἐπιστίζειν enim est cibarijs instruere.

Per conuiuia) κυλισίας, ἀνά πεντάκοντα, in singulo accubitu quinquaginta. Nam id intellegit interpres per cōuiuia, neq; enim est hic συμπόσια, ut in Matthæo, sed κλισία, quod so nat accubitus sive discubitus. At ille increpans illos) Antehac interpres pene perpetuo transtulit ἐπιτιμεῖρον cōminari, quod si usq; alias, hic certe faciénum erat. Cur enim in cōpareat Christus discipulos, ob hoc responsum, ob quod tantopere collaudatus est Petrus iuxta alios Euangelistas? Proinde uertendum erat, interdixit eis, sive interminatus eis præcepit ne cui dicerent. Nam qui perdiderat) ὃς δ' ἀπ' ἀπολέσῃ. Quicunq; uero per diderit, nūl nam positum est loco autem.

Et uestitus eius albus & resulgēs) ἡστράτων, quasi dicas. Ex se mittens fulgur & efful gurans. Deinde illud mox præcessit (& facta est species uultus eius altera,) ἢ οὐδε τοῦ προσώπου αὐτοῦ maluissim ita reddere, species aspectus eius alia, sive diuera.

In maiestate) ἢ δέξια, i. in gloria quemadmodū uertit & paulo superius.

Excessum eius) Excessum morte intelligit, nā græce est ἔξοδος, i. exitum, qñquidē & excessum & exitum usurpari pro morte compluribus exemplis docet Laurètius a quo pe tat, si quis forte diffidet. Nos compendio studemus.

Dilanians eum) Ε μόρια ἀποχορεῖται πάντοις συνέρχονται αὐτῷ, i. & uix descēdit ab illo lace rante se, ut intelligas puerum uix effugere a spiritu. Quanq; hoc loco uariant exemplaria græcorum. Elisit eum dæmonium & dissipauit.) Ἐρρίφειν αὐτὸν ἢ δαιμόνιον ή συνεπάγει ψυχή, i. laniauit illum dæmonium & concerpit. Interpres pro Ἐρρίφειν legisse uidetur Ἐρρίψις, pro quo reddidit elisit. Nec mihi displicet hæc lectio,

In magnitudine dei.) ἢ μεγαλειότητι, i. in magnificencia sive maiestate. Dictum est em ab eo nomine quod solet uertere magnalia μεγαλεῖα.

Ponite uos in cordibus uestris) græce est εἰς τὰ ὄτα ὑμῶν, i. in aures uestras, hoc est diligenter auscultate quæ dicturus sum. Resertur enim ad sequentia, Porro in auribus dixit potius & in cordibus, propterea quod non essent intellecturi. Sequitur enim mox. At illi ignorabant uerbum istud. Velatum ante eos) παρακεκαλυμμένον ἀπάνθην, i. absconditum ab illis. Intravit aut) εἰσῆλθε, i. subiit. Cogitatio) διαλογισμὸς, i. disputatio, quæq; græca uox anceps est. Ceterū ex alijs euangelistis liquet inter illos hac de re disceptatio fuisse, neq; rem intra tacitam animi cogitationem constitisse. At in eo quod mox sequitur, At Iesus uidens cogitationes cordis, significat se de cogitatione loqui. Est em & hic eadem uox διαλογισμὸς, est autem in hoc loco magna inter euangelistas diuersitas, quæ tamen haud magno negocio redigi potest in concordiam. Iam articulus græcus quæ ad didit Lucas, ἢ τίσθη εἰς μεῖωμα, ita reddi potuit de hoc, quis nam esset futurus maior.

In eis) ἢ αὐτοῖς, i. inter eos. Hic maior est) Græce sic habet ὁ μικρότερος ἢ ωᾶσιν υἱοὺς ὑπάρχων δύο εἰσαὶ μέγας, i. qui em minor fuerit inter uos omnes hic magnus erit.

In ciuitatem) εἰς κώμην, i. in castellum. Nam ita plerumq; uertit, tametsi quidē codices habent πόλην, i. ciuitatem. Atq; ita legisse uidetur interpres. Nā aliquanto post εἰς τὴν κώμην uertit in aliud castellum. Facies eius erat euntis) ἢ πρόσωπον αὐτὸν ἢ πορευόμενον id est facies

Idest, Facies eius erat uadens. Quanque nihil refert ad sententiam.

Vis dicimus.) οὐλεις εἰπτομεν. i. uis dicamus. Et consumat illos.) ἐγ καὶ οἱ ἄλλοι ἐποίκοι. i. quemadmodum & Helias fecit. Hoc additum reperio in Graecorum codicibus, quos quodem uiderim oib⁹. Verū haud scio an uelut ab explicāte locū aliquo sit hoc aſcriptū.

Quocum ieris.) απέρχη. i. abieris. Renunciare his qui domi sunt.) αποτάξαθαι τις εἰς ἐποίκον μου. i. Ut dicam uale his qui sunt domi meae. Est enim hoc uerbum quod aliquo-
ties uertit dimittere, aliquoties ualefacere, sed datis mandatis.

Nemo mittens manum.) ἐπιβαλὼν @ βλέπων. Alterum participium est præteriti tēpo-
ris, alterum præsentis. Ea sic commode reddi poterant. Nemo qui postque admouit ma-
num aratro, si retrorsum aspexerit, accōmodus est regno dei.

EX CAPITE DECIMO.

Et alios septuaginta duos.) Quod Laurentius arguit, interptes ueteris testame-
ti, cum numero fuerint septuaginta duo, quippe e singulis tribubus delecti sex.
Tamen incertum errore, an studio septuaginta uocari, non aliter quod apud Rho-
manos Centūiri dicitur sunt iudices e singulis tribubus, quæ triginta erant, quodque
delecti, utique numero centum & quinque, uerum sit necne, nō admodū arbitror ad hunc
locum pertinere, certe probabile est, illud mirū quod e septuaginta discipulis fecerint
septuaginta duos, uelut idem oportuerit factum in discipulis, quod factum est in inter-
pretibus, cum apostolos duo decim elegerit, uerum non hos quidem e singulis tribub⁹
singulos. Cæterum græci codices consentiunt in septuaginta. Atque ita legiſle uidetur &
diuīs Ambrosius, cum exponens hunc locū, Ecce ego mitto uos sicut oues inter lupos,
Ad septuaginta, inqt, discipulos dicit hoc. Pro nobis facit, & typus ueteris testamēti ubi
duodecim fontes, & septuaginta palmae in deserto reptæ, præfigurat̄ duodecim aposto-
los, & septuaginta discipulos. Quin & Dorothe⁹ martyr in cōpedito reg⁹ apostolicar⁹ &
propheticae noiatim recēlens discipulos, septuaginta dūtaxat facit, nō septuaginta duos,
Ettamē paulo inferius repetū septuaginta duo, reuersi sūt aut leptuaginta duo cū gau-
dio, ut appareat nō casu, sed studio factū. Rogate autem.) Rogate igitur legendū est,
δέσητε δὲ. Ut mittat oparios) ὅπως ἐκβέλλῃ. ut extrudat, siue ejiciat, ut intelligamus,
aut inuitos emittēdos, aut celeriter extrudendos, ut annotatum est in superioribus.

Sin aut.) εἰ δὲ μή γε, i. sin minus, hoc est, si nō fuerit illic filius pacis. Nec est (quæ apud
illis sunt) Sed τὰ παραποτῆν, hoc est, quæ ab illis offeruntur, alioqui dixisset, λαπαγεντις.

Inter lupos.) φόι μέσω λύκων. i. in medio luporum. Et Valla mauult, uelut oues, quod sicut
oues. Pœniterent.) μετενόκοσαρ. Cur nō potius pœnituisse, cū sit præteriti temporis,

Qui uos spernit, me spernit) Hieronymus alicubi uertit, Qui uos reprobat, me repro-
bat. Est enim græcum uerbum οὐτε, quod est reijcit & auerſatur, & ita legit Cyprianus.

Reuersi sunt autem septuaginta duo.) Rursum addidit duo, cum Græcis non sint ni-
si septuaginta. Ecce dedi.) οὐδὲν διδωμι. i. ecce do. Exultauit in spiritu sancto.) ἦν αὐτὴ
ώρα ἡ γαλιλαϊκὴ πνεύματι μονῆ, i. in eadem hora exultauit spiritu Iesu.

Paruiliſ.) νηπίοις, quod hoc sane loco magis uertendum erat, stultis, aut insipiētibus,
ut opponatur ei quod præcessit sapientibus. Quanque & de hoc dictum est alias.

Etiam pater.) ναι, quod superius uertit, utique. Est autem aduerbium confirmantis.

Quoniam sic placuit ante te.) οὐτι δυτικὸς ἐγγὺες ἐνδοκία ἔμπροσθέν σου. i. Quia sic fuit bo-
na uoluntas coram te. Sic enim uertit Hieronymus.

Omnia mihi tradita.) Ante hæc uerba Græci addūt, Ο σφαρεις πάσας μαθητὰς θύτε. i. Et cō-
uersus ad discipulos dixit. Deinde sequitur, Omnia mihi tradita sunt. Et error hinc ortus,
quod mox sequitur eadem oratio. Et conuersus ad discipulos suos.) Verum hic ad-
dit græcus codex, κατιδιαμ. i. leonisim, atque ita separatura superiore.

Semiuiuo.) αφέντες ἡμιθανή. i. relicto semimortuo. Suspiciens autem Iesu,) ὑπολα-
χη δὲ οὐκούνη, i. Suscipiens autem Iesu. Atque ita legitur in antiquissimis Latinorum exē-
ff plaribus

ANNOTATIONES

plaribus. Positum est autē suscipiens, pro excipiens & succedens, uice respondendī. Ad eundem modum Vergilius, excipit Alcianus & Xenophon, Οὐ πολαβώμενος. Et Cyrus suscipiens dixit. Ne id quidem cōmissum est interpretis uitio, sed sciolū cuiuspiam, cui uisum est suscipiēs hoc loco nihil significare, & uertit in suspiciens, quasi Iesus responsurus homini suspexerit in cœlum.

In stabulum.) εἰς παυλόχορον. i. in diuersorum. Nam græca uox hinc dicta est, q̄ accipit at quoilibet quod Latini uocant diuersorum meritorū. Nec interpres sensit de stabulo iūmetorum, sed de loco in quo statur, unde & stabulari dicunt, q̄ locū habēt alicubi.

Et altera die) Οὐπὶ πώλευρον. i. postero die. Stabulario) παυλόχει. i. hospiti, sed meritorio. In quoddam castellum.) εἰς κάμηλων την. i. oppidulum, siue uicum quendam, ne quis imaginetur arcem potentem, quæ nunc castella uulgo uocantur.

Satagebat.) πήγεωστρον. i. distrahebatur, siue distendebatur. Quanq̄ interpres elegātus uertit, q̄ ut rūdis lector animaduertat. Siquidē satagere proprie est, anxiē torqueri difficultate rei conficiendæ. At græca uox aptius quadrat cum eo quod sequit. Porro unū est necessarium, Pugnant enim distrahi & intentum esse in uno.

Circa frequens ministerium.) πρὸ πολλὰ διακονία, i. circa multam ministratiōnem.

Erga plurima.) πρὸ πολλά. i. circa multa, siue plura suffragantibus & antiquissimis librīs.

Optimam partem.) πώλεγαδίλω μερίδα. i. bonam partem, nisi q̄ articulus additus declarat plusculum, nempe partem illam certam, quæ uere bona sit.

EX CAPITE VNDECIMO.

DA nobis hodie) Hic uariāt graci codices, in nōnullis scriptū erat, δοκιμῆμα καθημέρια. i. da nobis cotidie. Quāq̄ de hoc alias dictum aliquanto copiosius.

Sed libera nos a malo) Hoc in gbusdā latinis exēplarib⁹ apud Lucā nō additū, sicut & alia nōnulla, quæ uidentur ex alijs Euāgelistis adiecta, ne uideret dissentire. Id quod cōfīcio factum, & alijs item compluribus locis. Siquidē apud Lucā hæc oratio multo pauciora complectitur q̄ apud cæteros, ad hunc modum, Pater, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debeti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

EX CAPITE DVODECIMO.

Commoda.) χρῆσθαι. i. mutua, siue mutuū da, quanquam græca uox anceps est. Si perseuerauerit pulsans.) Hæc in plarib⁹ Græcorum codicibus nō reperi. Propter improbitatem.) διάγε πώλευσθαι. i. propter impudentiam. Eleganter quidem uertit interpres, si modo recte intelligatur.

Quis ex uobis patrem.) Græca nōnihil discrepant, τίνα δὲ καμῶν δύπατέρα αιτία οἱ ἡρῷοι. i. Quem autem ex uobis patrem posset filius panem. Ea nos reddidimus in hunc modum. Quis autem ex uobis pater a quo si filius petierit panē, num lapidē dabit illi?

Bona data.) ἀγαθὰ δόματα. i. bonas dationes, si sic liceat loqui.

Et illud erat mutū) Hallucinatur & hoc loco Valla, in mutū & mutus, κωφὸς & κωφός putans utrobicq̄ surdum uertendum fuisse nō mutum, aut nō intelligens, aut certe non animaduertens, utrūq̄ Græcis sonare κωφὸς, quemadmodum & mox. Omne regnum in seipsum diuisum, mauult in seipso, siue super seipsum, cum sit aduersus seipsum, q̄ Græcis haec præpositio sit anceps, ut fere sunt omnes.

Desolabitur.) ἐρχομούτη. i. desolatur. Et paulo post, πίπι. i. cadit, non cadet, suffragantibus & antiquissimis exemplaribus. Vniuersa arma.) πώλωνοντλίον, qua uoce Græci declarant, quicqd ad iustum apparatum armati uiri ptinet. Auferet.) ἔρπε, i. tollit & distribuit, nō distribuet. Σιαδίδωσι, ut præsentis sint tēporis, nō futuri. Nec em uaticinat, quod futurū sit, sed quod fieri soleat proponit, similitudinem conferens.

Inuenit eam scopis mundatam.) Εὐπίκα, i. inuenit, præsentis temporis.

Scopis

Scopis mundatam.) Graci codices addunt καὶ κεκοσμημένη. & ornatā, quod haud scio an ex alijs Euangelistis sit hoc ascriptum. Cæterum illud scopis mundatam, Græcis unica dictio est στρωμάτιον. i. uersam a uerbo uero, non uerto. Quinimo) μενοῦγε, ea cōiunctio neq; negat quod dictum, neq; reiicit, sed infert, quod est certius.

Turbis autem concurrentibus.) συναθροίζομενών, i. coaceruantibus, congregantibus, siue condensantibus se, aut cum turbæ densius affluenter. Græcis enim συναθροίσμενος dicit, cum omnia confertim in unum conferuntur locum.

Plusq; Solomon hic.) ὡς hic, aduerbum est hoc loco, non pronomen. Similiter & paulo inferius plusq; Iona hic. Lucerna corporis tuī tuī nō additur a graciis, & sensus magis quadrat, eo amoto. Fit enim catholica sententia, ut & superius indicauimus.

Ne lumen quod in te est) μή τὸ φῶς potest accipi & nū lumen quod in te est: &c. quod aduerbum μή ad utrumq; sensum sit accōmodum, interrogantis & prohibitentis.

Et quemadmodum lucerna.) ὡς οὐτῷ δὲ λύχνος τῇ αἱρετῇ φωτίσει σε, ut cum lucerna fulgere illuminat te, ut sit sensus non aliter tuum corpus erit lucidū oculo puro, q; domus, tua lucida est tibi, accensa lucerna, nec est illuminabit sed illuminat.

Baptizatus eslet.) Ἐβαπτίσθη, cur non potius lotus eslet, cum de simplici manuum lotione loquatur. Catini.) τοῦ πνακος, quod non solum catinum, sed etiam quadram significat. Intus est uestrum.) Vestrī mauult Laurentius ut sit genitiuus pronominis pri mitiui. Verumtamen date eleemosynam.) δότε ἐλεημοσύνην. Anceps est utrum sit date andatis, indicandi modo an imperandi. Iuxta priorem lectionem sensus erit, existimatius uos data eleemosyna liberari, ab omni immundicia. Siquidem obiicit alibi phariseis, quod eleemosynam suam facerent coram hominibus. Iuxta posteriorem lectiō nem sensus manifestus est.

Quod superest.) τὰ ἔνοντα diuersa uox est ab ea quæ frequētior est ac tritior τὸ λοιπόν. Mentā) ἀδύοσμον. Quæ portari nō possunt) δυσθάσαντα. i. difficilibus portatu.

Non tangitis sarcinas) τοῖς φορτίοις, idem uerbum quod modo uertit onera, & signifcantius erat attingitis, q; tangitis, & appositius ad græcam uocem.

Quod consentitis.) συνειδοκεῖτε, id est comprobatis.

Inter altare & ædem.) καὶ τοῦ ὄνου, id est domum.

Ita dico uobis.) Ita non est hic οὐτως, sed ων, quod aliquoties transfert etiam, aliquoties utiq; aduerbum uehementer affirmantis, uerti poterat profecto siue certe.

Insistere.) συνέχειτε, id est cohibere, uerum emendatores codices habebant ενέχειτε, i. im minere, siue urgere, atq; ita consentaneum est interpretem legisse.

Et os eius opprimere.) ἀποσομίζειτε interpres legisse uidetur ἀπισομίζειτε, quod si significat obturare os, nec sinere loqui. At graci codices habent ἀποσομίζειτε, quod magis significat pendere ab ore, & obseruare quid dicatur. Atq; id longe rectius quadrat cum ijs quæ præcesserunt & sequuntur. Insistebant ei, & insidiabantur, & quarentes capere aliquid ex ore eius. Neq; enim hæc competit in eum qui occidat os loquentis. Deniq; ad hūc modū interptant graci interptes, quod si quis mihi parū habet fidi ipsius, us Vulgarij uerba subscribam, quod ad hunc attinet locum. Ο δέ ἀποσομίζειτε ἀποτόμησαν το, τοῦτ' εἴτι πυκνῶς ἐρωτᾷ ἀντρῷ μή ἀπορεῖται. γίνεται γαρ τὸ ἀποσομίζειτε, διαρ πλείονες ἐρωτῶσι μη περὶ ἄλλων ηγέλαι ἄλλων ὑποδέσσων, τότε γαρ μή δυνάμειται ἀποκρίνεσθαι, ἐμφαση μήδωσι τοῦ ἀνοίτου ἐρωτοριθῆναι. ίτουτο τοίνυψ ἐσοφίζοντο μή δι κατάρατοι ἐκεῖνοι κατὰ χριστοῦ πολλοῦ γαρ ἐρωτῶντες τῷ εἰναὶ εἰδόκουν ἀποσοματίζειτε ἀντρῷ μη εἰς ἀπορίαν ἀγειρεῖται δε μή δυνάμενον ἀποκρίνεσθαι. ὅτερ εἰκόσιστο ἐγίνετο. πῶς γαρ δέξι; δύνατο πολλοῖς ἀποκρίνεσθαι, ἄλλα Ο ἄλλα ἐρωτῶσι; Δύναται δέ τὸ ἀποσομίζειτε μή δύσιως νοκτηνται, διτίσιον παγιδεύειν ἀντρῷ, μή ἀπὸ τοῦ σόματος ἀρατεῖται, δικοῖ δέ τούτο Ο Τὰ ἐφερῆς γίτουντες γάρ φοιτ ἀκρεύσασθαι τοῦ σόματος αὐτοῦ. ὅπερ γαρ πρὸ διήγειται ἀπεμάτισοματίζειτε, τούτο νῦν λέγει ἀκρεύσασθαι ἐκ τοῦ σόματος αὐτοῦ. Quæ nec transferte gra ff 2 uabor

ANNOTATIONES

338

uabor in gratiam eorum, qui græce nesciunt. Verum & ποσομίζειν etiam illum cœperunt, hoc est, frequenter interrogare eū, & pplexum reddere. Fit enim δὲ ποσομίζειν, cum plures interrogant eum de alijs atq; alijs argumentis, tum enim qui nō potest respondere speciem præbet stulti, quod hæreat. Hoc sane nunc moliebantur etiam scelesti illi aduersus Christum. Nam cum multi interrogarent unum, uidebantur & ποσομίζειν illum & ad hæsitantiam deducere, ut qui non posset respondere, id quod probabiliter accidisset. Quo pacto enim unus posset multis respōdere, alia atq; alia interrogantibus. Quanq; potest & ποσομίζειν & sic accipi pro eo, quod est illaqueare eum, & ab ore capere, cum enim quis capitur ex his, quæ dicit & ποσομίζειν uidetur, hoc est, ab ore trahi ac condemnari. Declarant autem hoc & ea quæ sequuntur. Quærētes enim, inquit, uenari quippā ex ore illius, quod enim paulo ante dixerat & ποσομίζειν, hoc nunc dicit uenari quippā ex ore eius. Hactenus Vulgarius. Cæterū ne Laurētius qdē satīs attētus fuit hoc loco, q; & ποσομίζειν, siue & ποσοματίζειν, nam utrūq; reperiō, putat unico uerbo reddi potuisse, in- terpellare, siue obstrepare, siue obloqui. Et tamen is & ποσοματίζειν legit, nō & ποσομίζειν.

EX CAPITE DVODECIMO.

MVltis aut̄ turbis ἦν μυριάς τὸ χλω. i. Myriadib⁹ turbæ. Myrias autem Græce significat decē milia, q̄d̄q; ea uoce utunt̄ p innumerabili multitudine. Vnde uerti poterat, innūera turbæ multitudo. Nec est (cōcurrētib⁹, ἐπισταχθησθ̄) simul aggregatis. Ad discipulos.) Hic Græci addunt πσωρυ. i. prius, siue primum. Quād̄ aduerbiū ita positū est, ut possit utrōq; referri. Deinde ē (Atēdite uobisip̄sis) πσοσχετεέαυτης. Reuelabit̄ est græce, & scietur, non sciat̄, & πσοκαλυφθησθ̄ ται, γνωσθ̄σται. In cubiculo,) ἐν της ταμείοις, i. in penetralibus, siue intimis ædium.

Dypondio.) Exposuit interpres quod uertit. Nam græce est & ασφίων θν. i. assibus duobus, quād̄ græca uox diminutiua est, sicut & passerculi. In obliuione.) ἐπιτελκησθ̄, quasi passiuē dicas oblitum. Ita dico uobis.) Rursum est ναι, de quo modo admonui.

Confessus fuerit me.) Græce est, ενεμοι. i. in me. Sic nō est, confitebitur eum, sed in eo.

Ab omni auaricia.) Omni non additur in græcis codicibus. Nec est simpliciter auaricia, quæ magis dicitur φιλαγγυρία, sed est πλεονεξία, nomen a plus habendo dictum, quo sæpenumero usus est diuus Paulus. Vbi q̄s fraudatis alijs plus usurpat sibi q̄ par est.

Epulare.) ἐνφράνον. i. lætare. Neq; em̄ opus erat repetere epulari, cum ante dictum sit comede bibe. Cæterum uerbum ἐνφράνομαι inde dictum, quod animo bono sit, omnes uitæ uoluptates complectitur, quibus animus oblectat se. Proinde in Psalmis. Et uinum lætitias cor hominis, Græcis est ἐνφράνε. At hic perpetuo uertit epulari. Nam & aliquāto post, Adducit uitulum saginatum, & occidite & manducemus, & epulemur. ἐνφράνθωμον. Ac rursum. Et Coepérunt omnes epulari. ἐνφράνθωμον. Id secutus opinor, q̄ epulari non sit simpliciter agere conuiuum, sed genialiter & opipare cōmessari.

Repetent.) & πατοῦσι. i. repetunt. Auferent, siue rapient, pro repetunt. Hieronymus subinde citat, ut sit præsentis temporis, & aptior est hypallage ad mox imminens periculum significandum.

Cuius erunt?) τίνεσαι, i. cui erunt. hoc est, cui cedent, & quem dominū sortientur.

Sic est qui sibi.) Est, non additur in græcis exemplaribus, ut liberū sit subaudire, quod cōmodissimū sit. Cogitando.) μεριμνῶμ. i. sollicitudine. Quanq; græce participiū est, quasi dicas curans.

Quibus non est cellarium.) Pro cellario Græcis idem uerbum est, quod iam aliquoties uertit, cubiculum, ταμεῖον, qui proprius locus est in ædibus, in quibus esculenta poculant̄ reponuntur, a ταμεῖον, quod est dispensare uictū, & ταμεῖον promus condus. Porro quod Laurentius cauillatur, cellam accipi pro uinaria dūtaxat, & coruos esse hydropotas, bis errauit. Nam primum, cella a celando dicta, nō uini tantum reconditorū est. Deinde, si corui non bibunt uinum, hoc magis facit ad sensum euangelicum, ut qui quo

Platīs

Tamias
promus
Condus.

uis potu contenti, quē pāssim obuiū præbet omnibus, natura tioñ egeant cellis uinarījs.
Pluris ēstis illis.) διαφέρετε τῶν πετεῖων. i. Præcellitis uolucribus. Nam διαφέρει tametī si
gnificat differre, usurpatur tamen sāpenumero pro præstare & antecellere.

Si autem fœnum;) ἐπ χόρη. Cur non potius gramen aut herba, quemadmodum &
alias transtulit. Quanto magis uos modica fidei.) Vos accusandi casu profert, νυκτε,
ut subaudias uellet. Et modica fidei, Græcis composita dictio est, ὀλγόπισοι, quod sonat
parum fidentes. Nam fides est præstantis, & fides est fidentis.

In sublime tolli.) μὴ μετεωρίζεθαι, quod non proprie pertinet ad tumorem, quod Græci
uocant μεγάλα φρουρά, sed magis ne curemus ea quae supra nos sunt, μετέωρα enim uocan-
tur, quae sunt in nubibus, & in sublimi aeris regione. De quibus Meteorologica scripsit
Aristoteles. Consentit cum doctrina Christi dictum illud Socratum, quae supra nos
nihil ad nos. Et iusticiā eius) Hæc uerba nō adduntur apud hūc Euāgelistā, nec in græ-
cis, nec in uetustis Latinorum exemplaribus, uerum ex alio loco hoc translatā sunt.

Si sciret paterfamilias.) Lucas usus est uerbis præteriti tēporis, Si scisset, uigilasset, &
nō sciisset. οὐδὲ γέγραψεν, ἀφῆκε, Ponit em uelut parabolā alicuius, cui⁹ domus pfossa sit.

Super familiam.) ἐπὶ τῆς δέραπείας, i. super familicium, ut intelligas tātum præfectum
familis. Quod genus seruorum columen familie uocant.

Triticī mēnsuram;) στριμέτριον referri potest ad omnem cibum. Id quod latine uocant
dementum, siue quod ad certū modum tribuatur, siue quod in singulos mēses reddere
tur, ut Donato placet. Ita Terentius in Phormione, q̄ ille unciatim uix de demenso suo
suum defraudans genium comparvit miser. Et Plautus in Sticho, Vos meministis quot
calendis petere demensum cibum. Cæterum Græcis dictio composita est, στριμέτριον, ex
frumento & mensura nō ex tritico. Quanq̄ στριμέτριον Græcis aliquando frumentū, aliquan-
do quemlibet cibum significat. Et serui farre ac leguminibus alebantur, magis q̄ tritico,
id quod licet intelligere ex Catonis libris, de re rustica, qui diligenter hilce de reb⁹ præ-
cipit, qui cibi modus sit dandus seruis. Nec est (constituit) præsentis temporis, sed κα-
ταστάσια constituet, futuri temporis. Iam illud, τις ἔρεται, Quis putas, uertit suo more p̄ quis,
siue quisnam. Cum infidelibus.) μετὰ τῶν απίσων, i. cum infidis, pro quo Matthæus di-
xit, Cum hypocritis. Nam qui fidus est, non simulat, neq̄ dissimulat. Atq̄ illud diuidet
est, διχοτομία, i. in duas diuidet parteis.

Et quid uolo nisi ut ardeat?) Οὐ δέλω, εἰ οὐδὲν φέδη. i. Et quid uolo, si iam accensus est?
Etiam si securus legit Ambrosius ac Hieronymus, quorum hic in Ionam ita citat. Ignē ue-
ni mittere in terram, & quē uolo ut ardeat. Verū opinor p̄ quam deprauatū fuisse quē.
Nam alijs in locis quam intenio. Apparet interpretem legisse, Οὐ δέλω εἰ μὲν φέδη. i. Et
quid uolo nisi accendi. Aut certe quod uero propius est, οὐ δέλω, οὐδὲν φέδη. i. Quid ue-
lim, nisi mox accensum esse. Quandoquidem græcis nō adiungitur etiam positivis.

Vapulabit multis) Ac paulo post, Plagis uapulauit. Cur non utrobiq̄ addidit plagiis,
aut utrobiq̄ omisit? Quādōqdem apud Græcos utrobiq̄ subaudī plagiis, uerū hoc nos
distinctione corrupimus, etenim ablatiuus plagiis, quem nos referimus ad paucis, ad dī-
gna fuerat referendum. οὐδὲν τὸ λαγῆ, atq̄ ita utroq̄ loco in πολλας & διάγεις subaudien-
dum πληγας. Erunt enim & hæc.) ἀπὸ τοῦ νῦν. i. post hac, siue amodo ut loquuntur non
nulli græcam formam reddentes.

Et duo in tres diuidentur.) Et hunc locum corrupta distinctione deprauarunt libra-
rī, uerbum diuidetur referentes ad superiora, cum quibus ut cohereret mutato nume-
ro ex diuidetur, διαμετρίσιεν fecerunt diuident. At quid opus erat repetere in hac par-
te diuidentur, cum iam dictum sit, Erunt quinq̄ in domo una diuisi. Sic itaq̄ distinguem
dum erat. Diuidetur pater aduersus filium &c. Siquidem diuidi uocat, habere dissidiū.
Proinde melius uertisset, aduersus filium, q̄ in filium, cum anceps sit græca præpositio.
Huius casum, si quē id forte moueat, mutauit eodē in loco Lucas, qui cum ante cœperit

Metēora

Columen, domi, l'ſatilie,

Demensū,

ANNOTATIONES

adiungere datius, ἐπὶ δυοῖς, mox addit accusatiūm, ἐπὶ τῷ νόμῳ.

Et ita fiet.) Fit legēdū est, & Laurētius mauult hymbrē ἢ nymbū, cū græce sit ὁ μέσος.

Quid autē & a uobis ipsis.) τι δὲ ὁ ἀφεαυτῶν. Dilucidius erat. Cæterum cur non etiā ex uobis ipsis iudicatis quid sit iustum, ut sit sensus, Aliunde captatis argumenta, ex quibus coniecteris ea quae sunt extra uos, & earum rerum quae intra uos sunt, & quarum ex uobis ipsis colligi possunt argumenta, nullam facitis coniecturam.

Cum autem uadis.) Græcis enim est pro autem.

EX CAPITE XIII.

TN fculnea.) οὐτὸς συνεῖ. i. in fico. Eadem uox est quam modo uertit fculneā, immo-
dicas copia affectator, ne dicam intempestiuus.

Terram occupat) καταργεῖ. i. onerat, sed inutili onere, hoc est em̄ pprivie καταργεῖ.
Et illud, etiam terram, ego sane maluissem uertere, cur uel terram occupat, ut intel-
ligamus infrugiferam, non solum indignam stercoreatione & cultu, uerum etiam loco
quem occupabat. Et mitram stercorea.) κοτύλη. i. stercus, aut potius simū. Nam græca
uox stercoreationem sonat magis ἢ stercus. Et stercoratio non solum fit ex animantium
excrementis, uerum etiam e stipulis culmis, aut terræ medulla, quam mergam uocat Br̄i-
tāni, teste plinio, Sin autem.) εἰδὲ μήγε. i. sin uero minus, aut sin secus, ut subaudias sine-
mus illā, aut aliud cōmodius. Est em̄ eclipsis aut aposiopesis, siue ut Budeo nostro pla-
cet ἀναπόδοτη, q̄ hulus formæ exemplū unū & alterū ex Aristophane Ciceroneq̄ addu-
cit in annotationib⁹, quas scripsit in Pandectas Iuris. Nec enim est quisq̄ sua fraudan-
dus laude. Porro quod hic interpres uertit, sin autem male, latine, tolerabilius aliquādo
uertit alioqui. Nec omnino) εἰς δὲ τωντελεῖς, quod alias uertit in aeternum. Nec est (inclī-
nata) sed οὐκ πιλοντα. i. toto corpore deflexa in terram, & cōtracta cui contrariū est, qđ
sequitur, ἀνακύψαι, quod uertit, sursum aspicere, hoc est erigere caput. Nec enim est men-
tio de aspicio, sed de gestu corporis, quo utuntur qui cupiunt sursum aspicere. Pro-
inde & θεάσαντες, p̄spectus dicit, ubi quis obliquato capite e fenestra prospicit.

Vocavit ad se.) προστιθωντες, potest accipi quod appellauerit eam, hoc est, allocutus
sit. Nam ad se, non additur apud Græcos.

Requierunt.) κατεργάζων, quod aliquoties uertit, nōdificare:

Sata tria.) σάτα τρία. Superius admonuimus, satum non esse uocem latinam, sed syrā,
quaē apud illos mensuræ genus declaret capientis sesquimodū.

Si pauci sunt qui saluantur.) Si non est anceps apud Latinos, ut ē apud Græcos, unde
uertendum erat in an, quandoquidem interrogant.

Contendite intrare.) διγωνιζεσθε. i. certate, siue labore, quanq̄ apte uertit interpres, si
modo intelligamus. Nam contendit & qui acriter admittitur.

Qui erant nouissimi.) Erunt utrobiq̄ legendum, επονται. Sūt postremi qui futuri sunt
primi, & sunt primi qui futuri sunt postremi. Agit enim de inuertendo ordine inter eos
qui tum erant, & qui successuri essent in Euangelio.

Tertio die conlumor.) Consummor legendum est, duplicato m. Est enim τριθοῦμα,
quod quoniam medium est uerbum, satius erat uertere actiue, ut intelligamus illum ter-
tio die absoluturum opus suum. Quanq̄ ea consummatio mors erat & resurrectio.

Quia non capit.) εἰδέχεται, quod Matthæus dixit χωρῆι, est autem uelut impersonale
quaē dicas, ipsa natura rerum non fert. Idem autem aliquanto post dixit, ἀνεξέποδη
pro eo quod est ἀδύνατομη.

Qui missi sunt ad te.) προσειντα. i. ad se, tertiae personæ, nisi componatur cum alio p-
nomine. Ad hunc ferme modum sonat Græcis. Hierusalem Hierusalem, illa quaē occi-
dit pphetas & lapidat missos ad se. Deinde subito mutat personā. Sic & nos miscemus
tertiam personam primæ, tu illa lapidatrix prophetarum.

Quemadmodum auis.) ὄψη, quod est anceps ad auem & gallinam. Est enim mirus
amor

amor autum ad confouendos pullos, sed præcipue gallinis.
Ecce relinquetur.) ἀφίεται. i. relinquitur, ut admonuimus & antea.

EX CAPITE XIII.

NEg uicinos, neq; diuites.) μηδέ γέτονας πλασίους, i. neq; uicinos diuites. Attestantibus & uetustissimis exemplaribus nostris. Ne forte.) μήποτε. i. ne, siue ne quando. Et paulo post, ne forte & ipsi te reinuitent. Et quod uertit hic honoratior est,) ἐντιμότερος, quod & chariore significat, & magis in precio habatum. Et aliquanto post, ἀντικαλέσωνται, reinuitetur. Cur nō potius uicissim uocet siue inuitet.
Non habent retribuere. δινέχουσι μάταιον οὐνται. i. non possunt retribuere. Nam ita frequenter accipitur ἔχω, cum adhæret uerbis infinitis.

Qui manducabit.) ὁ φάγεται. i. Qui manducat, præsentis temporis.

Vt uenirent.) ἐρχεσθε. i. uenite. Simul omnes excusare.) παραισθατε. i. recusare, quantum interpres eleganter usus est excusandi uerbo. Si modo lector animaduertat eum excusare, qui adducta causa recusat quod rogatur.

Gustabit coenam meam.) Hoc loco addunt libri græci, ποιῶ. i. γέρε εἰσι κακοὶ οὐδίγοι δὲ οὐκέτι. i. Multi enim uocati, pauci uero electi. Quanq; id non reperiat in oibus exéclarib;. Nonne prius.) δύχι. i. non, quanq; & hoc aliquando pro nonne ponitur.

Sedens computat.) καθίσας ἀνθεῖ. i. calculis subducit rationem, ut intelligas diligen-tem atq; exactam supputationem. Ac paulo post, μήποτε, tandem desijt uertere ne quādo. Iturus cōmittere bellum.) ἀπέρχεται συμβαλλεῖσθαι τὸ λεμον. i. Abit ut cōfigat, siue cōgre-diā in bello. Non sedens.) Hic est eadem uox, quam modo uerterat nonne.

Ad se.) ἐπαντρύ. Cur non potius contra se, siue aduersus se.

Alioqui illo adhuc longe agente.) εἰδε μάγε, quod ante uerterat, sin autem, non recte, hic recte uertit alioqui.

Longe agente.) τούτῳ τούτῳ. i. cum procul est, siue procul abest.

Qui non renunciat.) δινέ ποτασθαι, quod est dicto uale dimittere.

Euanuerit.) μωραδη, i. fatuū redditū fuerit. Sigdem non homines solum, sed & alia fauna dicuntur, quæ nihil sapient. Quemadmodum Martialis Betas fatuas appellat.

Vtile est.) εὔδερμη. i. accommodum.

EX CAPITE XV.

Congratulamini.) συγχαρή. i. congaudete. Nōne accedit.) δύχι. At non magis hic quadrabat. Euertit.) εργοι. i. uerrit, hoc est scopis purgat. Fortassis interpres scriperat, euerrit, id imperitus aliquis ac sciolus nō intelligens, inuersa scriptura fecit, euertit, quod sane minus mirum est fuisse deprauatum, q; nō fuisse animaduersum, adeo mendum hoc in omnibus exemplaribus latinis inoleuit.

Substantiā.) Duæ sunt uoces apud Græcos, substantiæ & substantiā, δύνας οὐδιον. i. substantiæ & uiectū, quanq; βίθυνται ipsam significat apud Græcos & facultates q; uiuit.

Quæ me cōtingit.) τὸ επιβάλλον. i. quæ redit ad me. Viuēdo luxuriose.) ζῷον θεωρεῖ. i. uiuens luxuriose. Hinc & Paulus luxum uocat αὐτίαρη Vinū, in quo est luxuria. Id autē non ad libidinē tantū pertinet. Et postq; omnia cōsumasset.) διαπανίστερη δὲ αὐτοῦ πάντα. i. cum is cōsumplisset, siue absumpplisset omnia. Quod qdēm arbitror librariorum uitio fuisse deprauatum. Quanti mercenarij.) Cur non potius, quot, τώσοι, siue q; multi.

Cū adhuc lōge eslet) μακρὰν ἀστιχοντε. i. pcul abesset. Cito non addit in græcis exéclarib;. Budeus existimat hic quoq; exprimēdā fuisse uim articuli ἡ σολεύτης ησάλων. i. stolā illā primā. Est autē uelut genus in talos demissæ, ut intelligam nō de q; lībet ueste dicitū, sed de certa quapiā & eximia. Nā anulo & calciamētis nō præponit græcus articulus. At rursum uitulo geminū addidit articulū, ut stolæ ἡ μόρχον ἡ μετάστολη. i. uitulū illū saginatū, & certū & insignē uitulū accipiamus designari. lā & in sequētib;, cū saepe repeatet hic uitulus, semp addūt articuli. Et epulemur, εὐφρανθῶμον. i. latemur, ut placet Vallæ. Et cœperūt epulari.) Rursū est, εὐφρανθῶμον, de gbus supius tā admonuimus.

ANNOTATIONES

Sympioniam & chorū. συμφωνίας καὶ χορῶν. i. Concentum & choros, hoc est, saltationes. Id enim hoc loco significat choros. Cœpit rogare eū. Græcis est, παρεκάλεσαντι, quod non solum significat rogare, sed & inuitare, & adhortari.

Cū amicis meis epularer. Rursus est, εὐφρανθλῶαι.

EX CAPITE XVI.

Vi habebat uillicum) διοκούμορ. i. dispensatorem, hoc est œconomum, ab ὁμ. Q domus, & νέμετ distribuere, q̄ ea dispenset, quæ ad rem domesticam pertinet. Villicus, ut inquit Varro in libris de re rustica agrī colendi, causa cōstituitur, appellatus a villa, q̄ ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cū uenerint. Atq; ipse diuus Hieronymus distinguit uillicum ab œconomō. Villicus, inq; proprie villa gubernator, a villa nomē uillici accepit, œconomus nō tantum frugum, sed & omniū quæ dominus possidet gubernator est. Vnde œconomicus Xenophontis pulcherrimus liber, qui non villa gubernationē, sed uniuersae domus dispensationem, Tullio interpretante significat. Proinde magis quadrabat hoc loco œconomus siue dispensator q̄ uillicus. Quin & in his quæ mox sequuntur, Redde rationem uillicationis tuæ, & non poteris amplius uillicare, græce est, διοκούμας & διοκούμορ. i. dispensationes & dispensare. Atq; ita citat diuus Hieronymus, explicans hunc in epistola ad Agalsiam, Redde rationem dispensationis tuæ, non enim poteris ultra dispensare. Ceterum quod hic uertit, diffamatus est, græcis est, διελανθη, quod magis sonat delat⁹ est, a διελανθη, unde diabolus calumniator, διελανθη calumnia. Quānq; hoc int̄erest, calumniator falso defert. At defertur etiā qui merito accusatur. Nec est (quāsi) sed, διασκοπή, πίζωμ, uelut dissipans, siue uelut qui dissiparet, nimirum delatus est, hoc nomine quod dissiparet bona illius.

Accipe cautionem.) τὸ γράμμα. Idem uerbum quod mox uertit, literas, idq; nō latine, nam literæ numero multitudinis significat epistolam. Aut igitur utrobiq; uertere debet cautionem, cum utrobiq; sit γράμμα, quod literam sonat, aut scriptū, aut syngraphā, aut codicillos, aut libellos, aut huiusmodi quippiam.

Mendicare erubesco.) ἐπαιτεῖμ, pro quo alias usus est προσαιτεῖμ.

Conuocatis itaq; singulis.) προσκαλεσάμεν. i. ad se uocatis, siue accersitis.

Centū cados.) εναρχούμεν. i. centū batos, nō cados. Nam batus hebraica uox est, illis mensurā significans liquidorū, ut docet Iosephus libro antiquitatū Iudaicæ generis octauo, ea capiebat sextarios septuaginta duos. Quēadmodū & illud quod mox sequit⁹, Coros. Ea mensura aridorū capiebat medimnos Atticos quadraginta unum, ut idem testatur libro tertio. Et in maiori.) ωδῶσ. i. in multo. In minori.) ἐλαχίσ. i. in minimo. Sed amat uariare interpres. Nec hic est in maiori, sed in multo, ut superius.

Quod uestrum est qui credet uobis.) τὸ ἀληθινὸν. i. quod uerum est. Id quod haud dubie librariorū uitio fuerat depravatum. Quandoq; & in emendationibus Latinorū exē plaribus uerū legimus, non uestrū. Opponit aut uerū iniquo. Nā ueræ diuitiae sunt, quæ sine fraude parant. Et hoc loco credet positū est, p cōmittet. Porro q̄ cōmittit tibi, nimirū alienū cōmittit, non tuū. At in p̄xima clausula uestrum opponit alieno.

Aut enim unū odio habebit.) Id quoniā totidē uerbis dicit̄ apud Matthæū, inde petat q̄ uolet, quod in hunc annotauimus locū. Audiebant aut hæc oia pharisæi, q̄ erāt auari, & deridebant illū. Græci secus distinguunt, ἡκσορ δὲ ταῦτα πάντα, οἱ δὲ φαρισαῖοι φιλάργυροι πάροχον τε εἶδε μυκτῆριζον αὐδού. i. Audiebant aut hæc oia, & pharisæi, q̄ erant auari deridebāt eū. Ut intelligas hæc omnia ceteris quoq; fuisse audita, uerum solos pharisæos offenditos fuisse, quoq; hulcus tetigerat. Deridebant) Ηὔμ. υπερβον. Est aut̄ μυκτῆριδη, quod Latini uocant nalo suspendere. Erat enim olim nalus irridioni dicatus. μυκτῆρις græce nalus, inde μυκτῆριζε subsannare. Et quo usus est Cicero, αὐτομυκτῆριζε, uicissim irridere.

Ex eo.) ἀπὸ Ιον. i. ex tunc, ut alias uertit, ut in psalmo, Parata sedes tua ex tūc. ἀπὸ Ιοντινός erat

Villicus
œconomus
dīm,

Diabolus,

Grama,

Batō,

Cors,

Huius erat ex tempore, siue ab eo tempore. Nomine Lazarus) Ἰαζαροῦ οὐντός Hebraic sonat adiutus a domino, ut ipsum etiam uocabulum faciat ad parabolā. Destitutus erat ab hominibus, sed adiutorem habebat deum. Siquidem Ιω̄ auxilium sonat, non deus.

Qui iacebat.) κελεψθη. i. porrectus erat, quo uerbo solet ut de uehementer ægrotante & affixo lecto. Nec est simpliciter ianua, sed πυλῶν, quod uestibulum sonat, siue ostium diuitium. Nomen deductum a porta. Nec est, ulceribus plenus, sed ἡλκωμένος. i. ulceratus, siue ulcerosus.

Et sepultus est in inferno.) Græce secus est, Κατάφυ, καὶ ζεύς οὐδὲ ἐπάρσις τοὺς ὄφθαλμούς. id est, Et sepultus est, & in inferno sublatis oculis. Ut sit sensus, diuitem quoque qui felicitatem posuerat in opibus ac delicijs suis similiter mortuū fuisse ac sepultum, quēadmodum & pauperculū illum. Ceterū animā quæ deuecta fuerat ad inferos, sublatis oculis uidisse Abraham. Alioqui qui poterat tollere oculos sepultus? Ad hunc sane modum plane distinguit, & Vulgarius, qui ab eo loco, Et in inferno eleuās oculos suos, noui capi tis facit initium, cōmentario in medio interposito.

Recepisti bona.) Græci addunt, tua, τὰ συγχαθάσα, ut distingueret illius falsa bona ab his ueris. Et mox, Similiter mala, subaudias sua, nō quod simpliciter esent mala, sed illi^o mala. Nunc autem hic consolatur.) Προσαλέη, passiuē, hoc est solatio fruictur, siue solatum habet, aut solatio afficitur, atq; ita uitasset amphibologiam.

Et in his omnibus.) καὶ εἰ πᾶσι τούτοις. Potest accipi & hic sensus, & super hæc omnia siue præter hæc omnia, ut intelligamus hoc accedere ad infelicitatē diuitis, quod ob uotaginem interiacente non poslit illi succurri.

Chaos magnum firmatum est) Mirum quid uenerit in mētem interpreti, ut græcam uocem alia græca redderet, nec ea sane idē significante. Siquidē græce χάσμα est quod hiatum terræ significat, qui solet existere nonnunquam in terremoto, quem Aristoteles in libro de mundo chasmaticus appellat, unde & chasmaticus terremotus dictus. Nōnūlū uoraginem uocant, quod fissura terræ in imensam deuergat profunditatem. Chaos autē cōfusionem significat, hoc dictum a χέω, fundo, ilkid a χαίνω hio. Annotauit hunc locum Guilielmus Budeus noster, nōnihil adjiciens annotationi Laurentianæ. Hoc admonēdum dixi, partim ne quem suo fraudarem honore, partim ut qui diligentius hæc & exactius uelit cognoscere, ex illius petat annotamentis, quæ scripsit in pandectas luris. Nā nos ubiq; seruimus compendio, ne lectori fastidio simus.

Necq; inde.) μηδὲ διεκέθη. i. Necq; qui istinc. Nam Græci carent hac ppietate aduerbitum, cum apud Latinos hinc referatur ad primā glonam, hoc est loquētis, istinc ad secundam, illinc & inde ad tertiam. Nec est, transmeare, sed στατερώσιμ, hoc est, ne transcedant, subiunctiū modi. Nec est, tormentorū, sed τῆς βασάνου, tormēti, siue cruciatus.

EX CAPITE XVII.

LApis molaris.) μῆλος οὐνικός. i. mola asinaria. Nā Græci οὐνοῦ, i. asinū uocant, & sanguum substratū in mola, quod accipit frumentum, de quo dictū est in Matthæo.

Si pœnitentiā egerit.) εἰ μετανοήσῃ. i. si pœnituerit, siue si resipuerit. Nē accipimus de satisfactione & pena. Ut dissimulē, q; dimittes toties, dixit, p remittes.

Si habueritis) εἰ ἔχετε. i. si habetis, quod recte uertisset, si haberetis. Dicetis huic,) δέχεσθαι. i. dixissetis. Antiq codices habent diceretis, nō dicetis, quod ppius accedit ad græcā ueritatē. Arbori moro.) συκαμίνῳ. Est arbor sui generis peculiaris Syriæ, quēadmodū indicat Hieronymus. Deinde quod addit transplantare, sensum magis exp̄sset q; uerbū. Nec em̄ est μεταφυτεύθητι, sed φυτεύθητι, hoc est plantare. Et obediet.) καὶ ὑπίκεστημαι. i. obedisset. Antiquus codex habebat, obediret, ut respōdeat diceretis. Aut pascentē boues.) Græce nō est boues, sed tantū paſcentē. Cōsentīt & antiquissima exemplaria oracula. Magis autem accipendum de pastore ouium q; boum.

Magnificās deū) δοξάζω, i. glorificās, q; tamē subinde ita trāfert quo magis sit uarius. Nouē

Nouem ubi sunt?) Venustius est apud Græcos, omisso uerbo, & ἀνέντα ποῦ, id est, nō uem autem illi ubi? Nam illi addo loco articuli græci.

Non est inuentus) δύεντες οὐ ποσεῖταις δοῦναι δέξαμενοι θεῶν, i. Nō sunt reperti, reuersi dare gloriam deo. Porro reperiri Græci dicunt, quod accidit, quodcū compertum sit.

Quādō desyderetis) ὅπερ επιθυμήσατε, i. cū desyderabitis. Quādō legi pōt & επιθυμήσητε.

De sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt.) ἐν τῷ οὐρανῷ εἴη πλὴν πονηρῷ λάμψῃ. Eregio ne quæ sub cœlo est, in eam quæ sub cœlo est, hoc est ex una cœli plaga in aliam. Ita em uidetur oculis hominū. Cæterum collatio haec significat subitū & inexpectatū esse aduentum regni dei, non solum quantū ad tēpus attinet, uerum etiam quantū ad locū, non aliter & fulgur subito erūpit, nūc hinc nūc illinc, quod prius uideas, & expectes uentus.

Vxores ducebant.) ἡγάμενες γαμίζοντα, Quomodo ante in Matthæo uerit, nubūt. hic uertit, ducunt uxores, quod illic nubuntur, hic dabantur ad nuptias.

Duo in agro.) Haec pars apud Græcos nō additur in Luca. Vbiq; fuerit corpus) Græce est, ὅπου τὸν μακροδυμῶντα καὶ διατεταρτόν, i. ubi corpus illic congregabuntur & aulae. Quancūz nōnulli codices habent, πάντα, i. cadauer, a cadendo dictū Græcis. Atq; hāc lectionem uidetur magis approbare Hieronymus.

EX CAPITE DECIMO OCTAVO

Quomodo oportet.) πρός τὸ δέημον, i. in hoc quod semper oportet orare. Porro ἔκκληση sonat segnescere, hoc est defatigari, quod hic uocat deficere. κακοὺς enim Græci nōnūc uocat inertes & ignauos. Per multū tēpus.) ἐπὶ χρόνον .i. ad tempus, siue alīch diu. Deinde in τάχει, quod uerit in nouissimo recti uertislet deniq;. Sugillet me.) ὑποπτεύω, i. uituperet ac deroget. Nam id significat lugillare. Et patientiam habebit in illis.) Græca nōnihil discrepat, θεοῖς τῷ προστάτῃ, τῷ μακροδυμῶντι, i. Clamatiū ad se nocte & die, & longanimis super illis. Sed alius codex habebat, vñ λέγω μακροδυμῶντι, πονηρῷ πλῷ ἐκδικοῦμ, i. Etiā dico longanimis super illis faciet uindictam, ut intelligamus omnino ulturum, licet seruitus. Quādō secus legit Vulgarius, & rectius, nō fallor, ppter ea quod sequitur ἐν τάχει, i. certe, id quod pugnat cum illo μακροδυμῶντι.

Tanquam iusti.) ὅτι εἰσὶ δικαῖοι, i. q; essent iusti, tametsi uerti poterat ad sententiā, tanq; essent iusti. Sentit enim illos sibi tribuisse iusticiam, & hac opinione fretos, cæteros despississe. Cæteri hominū.) Græce dixit. Nam homines dicendum erat latine, cum Græci in his abutantur genitiuo pro quoq; alio casu.

Velut etiam.) Ηὐτὸς δύναται, i. aut etiam ut hic. Laurentius uidetur suspicari scriptum fuisse, uel & ut. Cæterū q; de mutata cōiunctione cauillatur leuiculum est, & ad elegantia sermonis attinens, magis q; ad rem theologicam.

Nolebat nec oculos.) Fortasse torquebunt Dialecticos hæduæ negationes, uni additæ uerbo. Proinde uertere poterat, Nec oculos uolebat sustollere ad cœlum. Atq; ita citat Cyprianus in expositione orationis dominicæ.

Iustificatus ab illo.) Nonnulli Græci codices habent, καὶ εἰς δύναται δεῖ μακροδύτεις τῷ δικορωτῷ, ή γῆς ἐκστρέψαται. Descendit hic iustificatus in domum suam, & enim siue certe ille hoc est magis certe q; ille. Sed in plariscū non inuenio γερά. Proinde uertendum erat potius q; ille, siue præ illo.

Conuocans illos.) προσκαλεσάμενος, i. aduocans. Et illos ad pueros referendum est antea, quod est neutri generis, quemadmodum pueri παιδία. Accitis puellis, dixit haud dubie quinprohibitibus. Et (sicut puer) Offendit Vallam, qui mauult, uelut puer, uel tanq; puer, ut intelligamus imitationem persona non acceptioñis.

Quid me dicas bonū?) Hoc nonnihil discrepat a Matthæo, nā illic offensus est, quod interrogasset de bono, quod esset facturus.

De filio hominis.) Græcis non additur de. Τοῦ δέ τοῦ αὐτοῦ πατέρος, hoc est, filio hominis.

Vt uideā

Vt uideam & respice.) Idem uerbum est Græcis, ἡνακνελέψω αἰάλεψον, quod signifi-
cat recipere uisum. Id mirum cur mox mutarit interpres.

EX CAPITE DECIMONO.

TNarborem sycomorum) συκομοραιη. i. in caprificum, hoc est fatuā sicum. Illud mi-
rū apud Græcos hanc dictionē scribī p o micron, cum μωρός habeat ω mega.

Ad hominē peccatorē diuertislet.) οὐσὴ λαθερι καταλῦσαι. i. ingressus eslet ad diuer-
sandū apud illum. Et si quid aliquem defraudaui.) θευκφάνησα, quod est pro-
prie delationib⁹ extorquere aliquid, hic pro quacunq⁹ fraude posuit.

Homo quidā nobilis.) εὐγενής. i. clarus, & claro genere pgnatus. Decē mnas.) Lat-
ni interponunt. i. dicentes minas. In plærīc⁹ græcis codicibus reperio μνᾶς, nominandi
casu, quod errore ne an studio factum sit, incertus sum. Et (Euge serue bone) .i. recte bo-
ne serue. Collaudat enim seruū, functum officio suo. Quia inde) ικείνης. i. illac. Nec em̄
est ικείνης. Quantū quisq;. t̄. i. quis quid, ad eam formā, Quem cui cōmēdes, etiā
atq; etiam aspice. Et quid cui des, quid cui credas.

Exegissim illud.) Illam erat dicendū. Sed ἀργύριον, quod apud Græcos est neutri gene-
ris. Et interpres oblitus se uertisse pecunia, nō argentū, reliquit illud. Ad hac q̄ hic uer-
tit exegissim, græcis est ἐπράξα, idem uerbū quod ad eundē modum uerti oportuit, su-
perius cum de publicanis loqueret, nihil amplius q̄ quod uobis cōstitutū est faciatis.

Præcedebat ascēdens.) επορεύεται προδοθεν αναβαίνω. i. procedebat, hoc est, pgebat ire.
Cui nemo unq;. In quo nunq; legēdū est, εφ' om̄, suffragatib⁹ & antiquissimis exēplarib⁹.

Operam eius desyderat.) ἀντρα χειρὶ ξε. i. eo opus habet. Quia dominus eum ne-
cessarium habet) Hæc græca nihil dissident a pximis, ubi uertit, dominus eius operam
desyderat, cum utrobicq; sit ἀντρα χειρὶ ξε. i. illo opus habet.

Etiactantes.) καὶ επιφέρει τοντες, i. & iniectis uestibus, siue pallijs suis.

Omnes turbæ discedentiuū.) ἀπειρον πλάνη τῶν μαθητῶν. i. uniuersa turba discipulorū.

Gloria in excelsis.) οὐτισοις. i. in altissimis. Lapidès clamabūt.) κενρόξοντη, quod Græ-
duocant μετ' ολίγον μέλλον, hoc est paulo post futurum, & habet urgēs qddā & uehemēs.

Nunc autem quæ ad pacem.) Omittēda erat cōiunctio quia, δτi, quæ ex idiomate græ-
canici sermonis apponitur aliquoties affirmandi gratia. Diuus Hieronymus in cōmen-
tarij Esaiæ, non semel hūc citat locum, sed sensu, nō nihil imutato, uidelicet ijs uerbis, Si
scires etiam tu quæ ad pacem sunt tibi. Deinde subiicit de suo, quā q̄a non suscepit intu-
lit. Nunc autem ueniet dies super te &c. Quæ quidem interpretatione, ut longe lateq; dis-
sonata recentium Theologorum interpretatione, ita uehementer consentit, cum græ-
ca ueritate & interpretamento Vulgarij. Nā græca sic habet, δτi εἰ γνωσκεῖς σύγενος τῷ μέρει
συντάχτῃ τὰ πρός εἰρήνην σε. i. si nouisses, & tu sane in die tuo hoc, quæ ad pacem tuam, ut subau-
diās quāres, sitq; sensus, Hic dies est tuus, quo te inuisit redemptor. Quod si intellige-
res quantum boni tibi offeratur, saltem tu curares quæ ad pacem tuam pertinēt, hoc est
crederes, & obtemperares mihi. Ad hunc modum legisse uidetur diuus Hieronymus.
Cæterum in plærīc⁹ codicibus ita scriptum est, εἰ γνωσκεῖς σύγενος τῷ μέρει σταύτῃ τὰ
πρός εἰρήνην σε. i. Si nouisses, & tu, saltem in die tuo hoc, quæ ad pacem tuam pertinet, cura-
res. Nec est ociosa coniunctionis iteratio καὶ δεκάγενη, quod prior ad personam urbis per-
tinet, altera ad diem, ut intelligamus aduentum peculiariter pertinere ad ciuitatem Hie-
rusalem, præsertim eo die, quo adueniebat iam moriturus. Porro quod recentiores in-
terpretantur, Si nouisses imminentia tibi mala, fleres & tu &c. Non cohæret cum eo,
quod sequitur. Nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Repetit enim Christus quod
dixerat, Si cognouisses, nimirum indicans eos non agnoscere diem salutis sua.

Ad terram prosteruent.) καὶ εἰσαχθοῦσι, εἰσαφθοῦσι, solum siue paumentum. Inde εἰσαφθοῦ-
solo equare. Plus enim dixit Lucas q̄ uerterit interpres.

Tempus uisitationis.) επισκοπῆς. i. inspectionis. Interpres legisse uidet εἰσισκέψεως στ-
Suspensus

ANNOTATIONES

Suspensus erat audiens illum.) οὐκέπεμπτον. i. pendebat, hoc est, inhibebat. Ita Vergilius, Pendetq; iterum narrantis ab ore.

EX CAPITE VICESIMO.

In uno dierum.) Græci addunt, ἐκείνων. i. illorum. Illud semel admonuisse sat est, hebraos unum dicere quod Latini quiddam, ut uno die, pro quodā die, & unus scriba pro quidam. Conuenerunt.) επέστησαν. i. ingruerunt, siue aderat, siue q̄ malum adorti sunt. Sic enim utitur in actis apostolorum. Vnum uerbum, ἐν τῷ λόγῳ. i. unum sermonē. Certi enim sunt.) τεπιθουένθ̄ γάρ θεων. i. Persuasa est enim, siue p̄suasum habet, ut subaudias plæbs, quæ modo præcessit. Certus enim est de re uera, at persuasus esse potest, qui falsum credat.

Multis temporibus.) χρόνος ἵνανοι. i. multum tempus, siue temporis, si sensum maluis set reddere q̄ uerba. Conquassabitur.) συνθλαδόνται. i. confringetur.

Qui negant esse resurrectionem) Qui putant nihil immutandum in literis, uertat hæc Luce ad uerbū si lubet, διὰ τὴν λέγοντες ἀνάστασιν μη εἶναι. i. Qui contradicunt non esse resurrectionem. Sed quorsum attinet ex innumeris unum aut alterū proferre? Illud annotandum, quoniam ἀνάστασιν dixit absq; articulo, uertendum potius fuisse, qui negant ullam esse resurrectionem. Et mortuus est sine filijs) ἀπεκνύθ̄. i. orbus, siue absq; liberis, nam liberorum nomine & filiæ continentur.

Neq; nubunt, neq; ducunt uxores.) οὐτε γαμοῦσι οὐδὲ ἔκγαμον τονται. i. neq; ducunt uxores, neq; nuptum dantur, quanq; γαμοῦσι ambiguū est. Alias certe uertit, ducunt uxores, atq; adeo paulo superius in hoc ipso Luca.

Aequalis enim angelis.) ισάγελοι, dictione composita, hoc est, similes siue pares angelis. Quemadmodū Homerus ισθέους & θεονέους, eximios uiros, & Dijs equiparandos.

Quia resurgunt mortui.) οὐτι δὲ ἐγείρονται. Tametsi anceps est græca coniunctio, tamen hoc loco dicendum erat, q̄ aut resurgent mortui, siue, relurgere autem mortuos.

Simulantes longā orationē.) Οὐθοφάσι μακρά προσέχοντι. i. & prætextu longo orant.

Damnationem maiorem.) πριωτόπερον κείμενο. i. maius iudicium, interpres sententiā explicit, non uerbum. Nam hic aliquoties κρίμα usurpat pro condemnatione.

EX CAPITE XXI.

Respiciens autem.) Respiceret est flexis in terram oculis aspicere. At hic ἀνατολα, quod aliquoties est recipere uisum, aliquoties attollere oculos uidēdi gratia. Ex abundanti sibi.) ἐκ τοῦ προβασέντος αὐτοῖς, i. ex eo quod sibi superest.

Ex eo quod deest.) ἐκ τοῦ οὐσερήματος. i. ex defectu, hoc est, ex penuria.

Omnē uictum.) βιον, quod alibi substantiam uertit. Et donis.) ἀναδέματο. Ea dicunt dona, quæ dicitur Dijs suspenduntur in parietibus & columnis templi, cuiusmodi nunc uisuntur potissimum iuxta monumenta diutorum statuæ argenteæ, equi aurei, pocula gémata, dicta ab ἀναθήmata, hoc est, a seponendo, siue suspendedo, unde & ἀναθēma dicit.

Dicentes quia ego sum.) οὐτι εἰμι. i. q̄ ego sum, hoc est, dicent se esse Christum, qui sum ipse. Et mox (Terroresq; & signa) φόβοι τράπετα. Aliud enim terror, aliud monstrum, quod terrorem incutit.

Nondum statim.) οὐκ εὐθέως. i. non statim. Omnes aduersarij uestri.) αντικείμενοι οὐτις. i. aduersantes uobis. Et aliquanto post (Capillus de capite uestro non peribit) ανθίσθη. i. perit, habet nescio quid certius & asseuerantius temporis επέρωση.

Possidebitis.) κτήσασθε. i. possidete, siue obtinete. Pressura.) σωστον. i. coartatio, siue anxietas. Nonnulli codices habebant ἀνάγνω, quod necessitatem sonat & uim illatam.

Et nutrientibus.) θηλαζούσας. i. lactantibus & mamma nutrientibus, ut superius indicatum est, & Ambrosius pro nutrientibus legit, quæ ubera dāt. Nec est in ore gladij, sed ore gladij, σόματι μαχαιρα, quod tamen rectius uertisset, acie gladij, quandoquidē acī em gladij Græci σόμα uocant, quod ea parte mordeat.

Sonitus

Sonitus maris) ἡχούσκος θαλάσσης. i. resonantis maris. Arescentibus hominibus) ἀπό τὸ χόντωρ, quod sonat exanimari dolore siue extabescere. Prae confusione.) ἐν ἀπογειᾳ. i. in perplexitate, siue desperatione. Quanquam uterque genitius absolute potest legi, ut sit sensus, praे desperatione resonante mari & fluctu, & aresentibus hominibus.

Cum produxerint ex se fructum) græce tantum est ἔρεθάλωσι μῆδη, quod ego uertissem proruperint. Neque enim de fructu sentit sed de gēmis & frondibus erupetibus, id quod ex alijs euangelistis liquet. Et paulo post, rursum μάτιον uertit ne forte, quasi sit hoc in illorū fortuna situm, ac non potius in illorum cura.

Videte) οὐδὲ τε, græcum uerbum anceps est, an sit uideris an uide te.

Curis huius uiræ) μερίμναις βιωτικαις, quod in Paulo uertit secularia βιωτικα. Significat autem eas curas quæ ad uictum parandum faciunt.

Vt digni habeamini) καταξιωθῆτε. i. digni reddamini, q̄ possitis effugere hæc omnia. Sensus autem est ut semper hoc ipsum orent, ut possint effugere.

Morabatur in monte) ἐν λόφῳ, quod ante uerterat stabulare.

Et omnis populus manicabat.) Græcam uocem imitatus est interpres ὥσθητε. quād latini quoque diluculari dicit idem uerbum quod in psalmis uertit de luce uigilo ὥσθητε. Diluculari Vetusissimus codex latinus habebat diluculo ueniebat. Vnde mirū est unde hæc uox omnino latinis inaudita irreperitur.

EX CAPITE XXII.

Deuodecim) εὐταῖς τοῦ ἑρμοῦ ἦν δώδεκα. i. qui erat de numero duodecim. Et magistratibus) & ductoribus, siue ducibus exercitus.

Sine turbis) ἀτερ ὅχλου. i. sine turba, hoc est sine tumultu. Nam utrumque significat ὅχλος, ut latinis turba, & multitudinem & tumultum.

Occidi pascha.) θύεσθαι, id est immolari. Amphorā.) κεράμιον, quod significat uas sūtile. Hoc idcirco admonui, quod mihi uideatur ad mysterium facere si quis excutiat, qd sibi uelut hydria fistilis, quæ rumpitur apud Ecclesiasten, recurrente uitta aurea. Eadē uox est, quam alibi uertit lagenam.

Ex hoc.) οὐτοῦ, id est ex eo, nempe pascha ne quis ad tempus referat.

Accipite & diuidite.) λαβετε τοῦτο. i. accipite hūc Qui pro uobis fundet) τὸν τερψινοῦ μαρτυρου. i. qui pro uobis effunditur. Cum paulo superius dixerit datur tempore præsenti, cur hic uereamur dicere effunditur. Et certe datur reperiſ in exemplaribus nostris.

Per quem tradetur.) παραδίδοται, id est traditur, ut sit præsentis temporis.

Dominantur eorum,) earum uertendum erat siue eis. Gens enim græcis neutri generis est. Proinde in αὐτῷ oblitus sui, græco usus est genere.

Sicut minor.) ὁστὸν νεώτερος. i. sicut iunior, siue minor natu. Antiquissimi codices habent iunior, non minor. Quanquam hoc loco magis contemptum significat τὴν ἡταιrem. Ut enim honoris causa presbyteros uocabant, hoc est seniores, ita contemptos iuiores, quod genus est illud in psalmis. Adolescentulus sum ego & contemptus. Nam Hebrais γιγγάζει σονat iuuenem & nullius autoritatis.

Et qui præcessor est.) ὁ ἡγούμενος. i. dux siue rector. Nam hoc quoque significat græca uox, ac magis cōuenit cū eo quod sequitur, pugnant em̄ p̄sidem esse, & ministrū esse.

Ait autem dominus Simoni.) Exemplaria græcanica sic habent ἵτε δὲ κύριος, σίμων, σίμων idem. i. dixit autem dñs. Simon Simon, ecce. &c. Porro cōduplicatio seruit affectui Atq̄ ita citat diuus Hieronymus in dialogis aduersus Pelagium

Expetiuit uos) ξέντηστο, quod magis sonat depoposcit, depositur enim, qui ad pœnam petuntur uelut hoc efflagitarit Satanus ut illos cōminueret, quemadmodum Iob poposcit Satan, & impetravit, uerum id præscriptis legibus.

Non cantabit.) οὐ φωνήσει, id est non sonabit, siue non adet uocem.

Sed nunc qui habet sacculum.) Queso quis tam est ἀγέλασος qui possit a risu tempe-

gg rare perpen-

ANNOTATIONES

Taxat Nic. Lyranus
et Hugo de Carrhes

Parvula et armatura.

Ambrosius huc teatū,
de duobus gladiis.

rare perpendēs q̄e ridicula recentiores quidā theologi in hūc scripsere locū. Rursū quis est tam φιλάγελως qui non indignetur cœlestem illam doctrinam huiusmodi uitari interpretamētis. Lyranus enim ille probatus doctor huc detorquet uerba Christi, quā si moneat apostolos, ut ingruente procella persecutionum muniant se duabus rebus, nē pe commeatu, & armorum præsidio, ne uel desit quod edant, uel a persecutoribus op̄ primantur. Atq̄ eadē multo impudentius inculcat Carrēsis, dignior profecto qui caru cas agat, q̄ qui sacras tractet litteras, si cætera ad eundum interpretetur modum. Is etiā Chryostomum suæ sententia citat autorem, sed οὐδέπ πρὸς ἔθνος, pullos inquit e nido educens, iubet proprijs uti pennis. Quid aīs? ita ne propriae apostolorū pennæ sunt cō meatus & gladij? Quid igitur interest inter carē militem conduitū, & uirum apostolicum? At mutatis inquiunt temporibus licet mutare uitæ rationē. Tēpore pacis hæc interdicuntur, tempore belli permittuntur. Quasi uero unq̄ bonis defuerit persecutio Ita ne Christus omnium illorum dogmatū suorū, de nō resistendo malo, de diligendis ac iuuandis inimicis, de bene precando ihs qui male precantur nobis, de beatis mitibus, & persecutionem perpetientibus propter iusticiam, de præbenda maxilla altera, si quis alteram percusserit, atq̄ alijs id genus plurimis iam moriturus palinodiā canit, & ad comparandum cōmeatum & πανοπλίαφ adornādā excitat. Oblitus etiam eorū quæ paulo ante dixerat. In patiētia uestra possidebitis animas uestras. Atqui illīc sane de persecutio loquī, deinde quid magni docet Christus suos, si hoc p̄cipit quod sua sponte faciunt & pyrate & latrones? Haccine est illa doctrina cœlestis, quam ut nobis impari ret relīctō cœlo descendit in terras? Præterea aut cur ipse nō præstat quod docet? quādo ipse parauit sibi cōmeatum? quando ensibus aut machinis sese aduersus persecutoz uim cōmuniuit? Nec uidēt q̄ ista pugnēt cū uaticinio quod ædidit in illū Esaias, uelut ouis corā tondente obmutuit, ut interim fileam, ne consistere quidem istoꝝ cōmentū. Etenim fingamus hanc esse Christi mentem, ut uelit apostolos suos parare gladium ferreum, quo grassantur & latrones, & cōmeatum quem parant duces exercituum, qua ratione illud explicabunt, quod tunica diuēdita iubet emi gladium? Nū illos nudos ensibus accinctos mittit in bellum. Nouū uero copiarum genus, Ad hæc cum dixerit, sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & per am, qui cohæret quod mox sequit. Et qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium? Ut maxime torqueant, non iubet parare sacculū aut p̄cā, sed permittit ut tollerādū, si q̄ forte possideat. At ensē etiā uē dita tunica iubet emi. Proinde prospicere de uictu permittit dūtaxat, at gladio nos defendere tantopere iubemur, ut nudis etiam sit cum hoste configendum. At saltem nō resipiscunt ex his quæ mox sequuntur apud alios Euangelistas. Obiurgat Petrum quod utatur gladio, & iubet recondi, addens perire gladio, qui gladio pugnant, sibi non defuturas q̄libet multas legiones, a patre suppetias, si se ui defendere uoluisset. Deniq̄ quan do unq̄ legimus apostolos fecisse quod hic tantopere iubet Christus faciēdū? Fugisse legimus, respondisse legimus, loricā aut gladium gestasse nūsc̄ legimus, ac ne unguibus quidē unq̄ repugnasse, ne dicam gladijs. In nugacissimis nugis heres ac blasphemias reperimus. At hæc sunt uere hæretica, hæ uero blasphemiae in sacrosācta Christi dogma ta, reclamantibus omnibus eius præceptis, reclamante tota ipsius uita, refragātibus tot martyrum millibus, repugnantibus uetustis interpretibus, alio detorquere, imo prorsus corrumpere. Nec animaduertunt quid hic interpretetur Ambrosius, etiam si in rem perspicua, quid opus interprete? Cur inquit emere iubes gladium, qui ferire me p̄hibes? Cur habere præcipis, quem uetas promi? Nisi forte ut sit parata defensio nō ultio necessaria, ut uidear potuisse uindicari, sed noluisse. Deinde dissoluens quod poterat ex ueteris instrumenti literis obijci, permisum esse bellum, lex tamen inquit, referre me non uetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti sat est dicit, quasi liceat usq; ad euangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis profectio mox aduersus

mox aduersus

EX CA
D Vixit uero si duxit, et
cum uero si duxit, rūp̄ uero si
promulgam & expectati reg
noꝝ pedis temporis, q
in Galilæam ac perpetuum aco
fuerit (Galilæi) uero si duxit
almo Gallus eller, Gallus no
nū uocat gratiū duxit. Nam
uero uocat, ut Petrus puelam, mult
aftener accidens, iurato, id est a
lii causas, ut et ipsi, cur non portu
medici ergo, malitiam, iudicavit
et aux grata uerbo, certe com
modo. Per de fæſtū, uero si
d' hæc figura subiecte utrumq; uero si

mox aduersus reclamatores opponit hæc. Multis hoc iniquum uidetur, sed nō iniquus domin⁹, qui cum se posset ulcisci, maluit imolari. Deniq; in calce hoc adjicit, duos gladios interpretatos ueteris ac noui testamēti scientiam, quasi nihil inquiens desit ei, quē utriusq; testamēti doctrina munierit. Consentunt in hāc sentētiā, oēs omniū literā, oēs sanctorum libri, qui tolerantiam nobis commendant, non armaturam indicūt. Tole / randum utcunq; si unum dumtaxat locum philosophiæ cœlestis ad hunc corrupisse / mus modum. Nihil propemodum est dogmatis Christi, quod non huiusmodi com / mentis ac distinctiunculis subuertant quidam. Et hæc leguntur & approbantur a sum / mis theologis, hæc uelut oraculo prodita citantur. Quibus rebus illud factū est, ut apud / Christianos insanius prope tumultuetur, litigetur, pugnetur, pro re, pro dītōe, pro uin / dicta, q̄ usq; apud ethnicos. Verum moderandus est animi dolor, tæstis iustissimus, præ / fertim cum indignitas rei uix ingenti uolumine possit, ut par est, explicari. Cæterum / ut id solum agam, quod ago, sic est ordinanda lectio. Sed nunc qui habet faccum / tollat, utiq; uendendum, consimiliter & peram tollat, nimirū uendendam, quod si de / sint, uel tunica diuendita emat gladiū, nō istum quo grassantur latrones, sed uerbi diui / ni, qn̄i penetratior est quo quis gladio ancipiti, pertingens usq; ad dissectionē animæ ac spi / ritus. Quod si quis omnino contendat, tollat hic positū pro secū deportet, certe cum / in gladio cogamur allegoriam adhibere, hic quoq; adhibeamus oportet.

Orate ne intretis) Latinis anceps est sermo. Nam potest & hic esse sensus, orate, ne / si non oraueritis, fiat ut intretis in temptationem. At græcis non potest nisi unus accipi / sens. Népe hic, hoc rogate patrē, ne ueniat in temptationē, προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν. Quāq; paulo post cōmutatis non nihil uerbis, eandē extulit sentētiā, οὐα μὴ εἰσελθετε, i. ne intretis.

Sinite usq; huc) ἔτε τῶς Τοῦτο, id est finite haec tenus, id quod pinde sonat græcis quasi / dicas, haec tenus ne resistite, cum aliis sit sensus euangelista.

Si percutiamus) εἰ πατάξομεν, id est num percutiemus.

Et dum fuisset intuita) κοιτάζεισασ, id est & fixis in eum oculis. Plus enim quiddam / est οτενίζει, q̄ intueri. Quasi horæ,) δωρε, id est fere. Quanq; & Suetonius usus est, qua / si in hunc modum. Sicut dixerat) ὡς ἐπερθεῖσθαι, quomodo, siue ut dixisset sibi. Nā hoc / ipsum illi ueniebat in mētem Christū sibi dixisse futurū ut se negaret.

Vos dicitis quia ego sum) ὅτι εἰμι, id est uos dicitis me esse. Alioqui nō ideo dicebāt / quod ille esset. Quid adhuc desideramus.) τιέτι χρέαρι χομεριαριας, id est quid / insuper opus habemus testimonio. Interpres eleganter reddidit magis q̄ ad uerbum, / aut suo more. Conuenerunt seniores,) συνάχθη τὸ προσκυτέριον. i. ordo presbyterorum.

EX CAPITE XXXIII.

Dixerunt,) Καρχηδόνι, i. duxit, tametsi hic uariant exemplaria. Tu es rex Iudeorū / promissum & expectatū regem intelligas. Cōmouit populū, Ιανατέλι, i. com / mouet præsentis temporis, ut accipiamus nō de una seditione accusari Chri / stum, sed totam illius ac perpetuam accusari uitam uelut seditionis.

Et audies Galilæā) ἀκούσασ γαλιλαῖας, i. cū audisset de galilæa, siue auditio noīe galilææ

An homo Galilæus esset) Galilæus nō est cōiungendū cum homine, sed separandum / propter articulū græciū δανθρωπος. Nam cū Christū signet, tamen uelut ignoto sibi noīe / hominem uocat, ut Petrus pueram, mulierem γύνα.

Constanter accusantes) ἐντόνως, id est acriter, & intento clamore.

Nullā causam) ατίαρ, cur non potius crimen, quandoquidem & hoc significat ατία. / Emendatū ergo,) παιδεύσασ, i. castigatū siue correptū. Nā quod mox uertit, corripiam / Eadē est uox græca παιδεύσασ, cæterū corripimus uerbis magis q̄ uerberibus, castigam⁹ / utroq; modo. Per diē festū) κατὰ ιορτήν, i. singulis festis. Nā pascha recurrebat quot / annis. Et hac figura subinde utuntur κατὰ τόπους κατὰ πόλεις.

Erre qd sciat duogladij,
fīm Ambrosiu,

ANNOTATIONES

350

Simul uniuersa turba.) πάμπληθι, græcis aduerbium est, quod additum uerbo significat id agi per uniuersam multitudinem, nam uerbū ipsum est numeri pluratiui *avérpažou*. i. exclamabant. Voces eorū Hic addunt græci οὐλῆρον. i. summoꝝ sacerdotū siue pontificū. Petitionem eorū ἀπέκτου. i. postulationē. Efflagitant enim ac postulant.

In uiridi) ἐγγράφω. i. in humido, atq; ita magis respodet, quod sequitur arido. Cohæret aut humere & uirere. Beatae steriles & uentres quae.) Dicendum erat uentres qui non generunt. Apparet hallucinatū interpretē, quod κοιλία. i. uentres apud græcos sit foeminī generis. At mox certe græcus sermo refert ubera, quae sunt masculina apud illos. Κυανοὶ δὲ δικαιάστων. Nam quae non lactauerunt, ad ubera refertur, nō ad mulieres.

Duo neꝝ.) δύο κακούργοι. i. duo malefici siue facinorosi. Et latrones.) Κακούργους, latrones nunc uerterat, quod modo uerterat neꝝ, homo nimis, copiosus.

Srabat populus expectans.) θεωρῶν. i. spectans, suffragantibus & antiquis exemplaribus nostris, uerum id haud dubium quin librariorum acciderit errore.

Et deridebant eum) ἐμπατήζον. i. subsannabat idem uerbum cū eo quod ut superius indicatum est significat naso suspendere, siue dictiis incessere.

Si tu es rex.) ὁ βασιλεὺς. i. ille rex. Et paulo ante ḥ χριστός. i. ille Christus. Ac rursum ḥ τὸν θεοῦ ἵκλεκτός. i. ille dei electus. Nec enim in his ociolis est articulus græcus.

Erat aut & superscriptio) ἐπιγραφή, cur non potius inscriptio, ꝑ superscriptio.

Græcis & hebraicis & latinis.) Alius est græcis ordo, ἰδικυνοῖς οἱ γραμματοῖς οἱ εἰδρυακοῖς. i. græcanicis, romanis, & hebraicis, q̄ sane tres linguae, uel hoc noie christianis oibus debet esse cōmēdata, quod in cruce dñi nostri Iesu Christi sint solā oīum dedicatæ. Saltē hūc titulū conueniebat passim suis depingi formulis, quē Ioannes ad hāc formā ponit.

Titulus ī Cruce dñi,

יְהוֹשֻׁעַ הַנְּרִי בֶּן־יְהוֹרִים

ΙΗΣΟΥΣ ΟΝΑΣΩΡΑΙΟΣ ΟΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

IESVS NAZARENS REX IVDAEORVM.

Qui pendebant latronibus) κακούργων, quod modo uerterat neꝝ.

Nihil malū δυσκόπορο. i. nihil absurdū. In manus tuas cōmendo) græcis est παραθίσματα. i. cōmendabo siue deponam futuri temporis. Idq; iuxta ueritatem hæbraicam, quae habet ad hunc modum בְּרִרְךָ אֲפָרִיר רַוִּיחַ. Siquidem ꝑ additum huic uerbo ἦν indicat futurum tempus, ceterum παραθίσματα est cōmendare ueluti cōmendatur depositum seruandum, a cluō reddendum tempore. Nam huc allusit Ambrosius cum ait, Bonum ergo pignus est sp̄ritus, bonum depositum.

Qui erat decurio.) Βουλευτὴ, hic nomen est dignitatis, nō officij militaris, ac sonat ferme Senatorē siue consultorem, de quo nonnihil dictum est alias.

Cōsilio & actib; τῷ Βουλῇ Καὶ πάρεται. i. consilio & facto. Interps legisse uideſ πράξεις.

Et posuit eum in monumento.) Et posuit illud legendum est, refertur eum ad corpus ἀνθρ., Atq; ideo in latinis quoq; codicibus emendationib; scriptum est illud, non illum, ut palam librariorum esse peccatum non interpretis, quemadmodū & participiū depositum καθελώμενον, quod quidem magis sonat detractum ꝑ depositum. Quemadmodū & illud in caritico Mariae. Depositum potentes καθελώσα detrahit. Nam καθελεῖσθαι dicitur quod in alto suspensum pendet, ueluti clypeus aut lagena,

In monumento exciso.) λαζαριῶ, ut intelligamus solidum fuisse saxum non cōpactile aut structile, sed excultū suo loco nativo. Sabbato quidem siluerūτ) καταχαστη. i. quieuerunt, utrūq; enim significat καταχαστη.

EX CAPITE XXIII.

VNa aut sabbati) Vno sabbato ἐν græcis, ut subaudias die τῇ δὲ μιᾷ σαββάτῳ. Valde diluculo) ὅρᾳ βαθέος. i. diluculo p̄fundō, hoc est quod multum ad huc haberet noctis. Vnde rectius uertisset crepusculo mea quidē sententia. Ad monumentū) Hic Græci codices addunt, & quedam cū illis καὶ τινα οὐρανοῖς quod tñ anceps est de uiris dicat an mulieribus, quod τινες cōmuni sit generis. Mēte cōsternatae ecēnt.) ἐψ τῷ Σιατοφειδαι. i. dū hæret, ac pplexa esset & animi. icerti

In uestibus

In vestibus fulgentibus.) ἀσπαπτούσωε, quod magis sonat fulgurantibus, & fulguris in star relluentibus. Cum timerent autem.) plus dixit euangelista ἢ interpretes ἐκφόβωμ δέ γνωμένωμ, id est Expauersatis autem illis, ac uultum deflectentibus in terram.

Recordamini qualiter dixerit.) μνήσητε græcis anceps est, quemadmodum nobis recordamini imperatiū ne sit modi an indicatiū, nisi quod ea quæ sequuntur arguunt īmperatiū modum. Et recordati sunt uerborum. &c) Latinus erat, ut dixerit, ἢ qualiter locutus est, Laurentius mauult, ἢ dixerit. Quia oportet.) Aut omittendum erat ὅτι, aut uertendum in quod, mutato uerbi modo, quod oporteret. &c.

Et procumbens.) παρακύταις, quod est obliquato capite prospicere, ueluti si quis immisso per fenestram capite prospiciat. Vnde prouerbium περὶ ὄνου παρακύτεως. Et linteami na polita) κείμενα maluissim iacentia ἢ posita.

Et abiit apud se admirans.) apud se referendum ad participium admirans. Et abiit ad mirans apud se esse καὶ ἀπῆλθεν πρὸς ξανθὴν θαυμάζωμ. Et estis tristes.) σκυθρωποί, i. parū alacri uultu, ut ad habitū oris ptineat non animū. Quia ipse esset redempturus Israel.) ὅτι ἀντός εἰμὶ δὲ μέλλωμ λυτροῦδαι τῷ μίσθιῳ, i. speraueramus, quod is esset ille qui redemptus esset Israel. In damnationem) Alias admonui κρίσιμ & κρίμα sāpe ponī pro κατά κρισιμ simplex pro composito. Loquebantur ad inuicem,) ὡμιλοῦμ πρὸς ἀλλήλους, i. collo quebantur siue confabulabantur inter se. Nam idem uerbum mox uertit fabulabantur.

Peregrinus es.) παροικής, i. aduena es. Et nunc super hæc omnia) ἀλλάγε σὺν τὰσι τούτοις τὴν ταύτην ἡμέραν ἔγει σήμερον, i. uerūtamen cū omnibus his tertium hunc diem agit. Noue dixit Lucas, nisi forte scripsit ille ἐπὶ πᾶσι Ιούτοις. Nec est & super, sed ἀλλά, i. atqui siue uerūtamen. Nec est mulieres quadam ex nostris, sed ex nobis ἐξ ἡμῶν, hoc est nostri gregis. Deinde plus est ἢ terruerūt ἐξέκσαπτο, i. attonitos reddiderunt, nam magis pertinet ad Epitasin admiratiois ἢ timoris. Ego sum nolite timere.) Hæc uerba in græcis exéplaribus nō regio. Quidā ex nostris) τινέσθιν σὺν ἡμῖν, i. quidā eorū q̄ erāt nobiscū. Ac mox (& ita intrare) ita redundant. Ego sum nolite timere) In græcis exemplaribus tantū est, pax uobis. Cætera uidentur adiecta. Nec admodum cohærent cum sequentibus, in quibus eximit eis terrorem, licet apud Ambrosium adduntur, sed ex alio euangelista, sicut opinor admixta. Aliquid quod manducetur.) βρώσιμον, i. esculentū siue edulij. Ac mox. Fauum mellis) ἀπὸ μελισσῶν κηρίου, i. de apiarior fauo. Nam & alia quadam insecta mel & fauum habent. Et cum manducasset coram eis.) græca dissident ιοὺλα βῶμ ἵνωταιο ἀνθρώποις ἐφαγεμ ἐπε δὲ ἀντοῖς, i. accipiens corā illis comedit aūt illis.

Incipientibus.) αρχάμενον. Apparet interpretē legisse ὀρχαμένωμ, ut referatur ad discipulos. Atq̄ hanc germanam esse lectionē arbitror, licet reclamantibus græcorū exemplaribus, quod si legamus ἀρχάμενον, ut ptineat ad Christū nō eius erat dicendū, sed suo ad hunc modū, sic oportebat Christū pati & resurgere a mortuis tertio die, & prædicare in nomine suo poenitentiā & remissionē peccatorū exorsum, siue initio factō ab Hierusalem. At huic lectioni reclamat quod Christus nō cœperit ab Hierusalē, sed apostoli. Et rursus quod sequitur, magis cohæret cum hac lectione. Vos aūt estis testes horū, licet ambiguum sit, utrum estis legendum sit an sitis ἐστε an ἐστε, & utrumq; satis quadrat.

Et ipsi adorantes.) προσκυνήσαντες, i. adorato eo reuersi sunt. Adorabant enim abeunte in cœlum, ac deinde recipiebant se Hierosolymas. Hoc loco subiçienda erāt acta Apostolorum. Nam Lucas historiam suam duobus libris complexus est, quos ambos ad eundem scripsit Theophilum. Atq̄ ipse secundum exordiens cōnectit cū supiore. Deinde acta illa, plane pars est euāge licet historia. Verū ne uideremur Ioannē dirimere ab Euangelistis, distractimus duos Luca libros, & acta pximo subiecimus loco.

ANNOTATIONVM IN LVCAM FINIS.